“Quod si quidpiam occurat, ut saepe sit, *quod* proprie ad unum aliquem locum titulumve spectat, eleganter tamen *ad alios etiam locos reduci* transferrique *potest*, ne toties transcribere cogaris, nisi breviuscula sit notio, quod ad locos commode referri possit, satis erit si *ad principalem locum integram perscribas sententiam*, materiamve, *adjecta* insuper ad chartam istam *nota* aliqua, ut A. N, 3.7.8. *qua* omnibus *aliis chartuliis* [sic] *isti titulo appensis* haec *dignoscatur*, et alteri *respondeat charta, cui titulum solum cum nota ista communi inscribere satis erit.*” Placcius (1689), 134. Italics original.

Ch. 2, note 119

“Lors qu'ils pourront s'accorder à des Titres differens, et que l'on craindra de les prendre souvent l'un pour l'autre, Il sera plus utile de ne les placer sous aucun Titre, et d'avoir un Recueil pour toutes les choses vagues et de Titre incertain; Et pource qu'étans en grand nombre, elles recevroient encore de la confusion, le vray ordre seroit de faire plusieurs Chapitres sous des noms particuliers rangez par Alphabet; Ainsi ce que nous ne pourrons diviser par le Sens, sera divisé par la Lettre. S'il s'y trouve aussi quelque méconte et quelque sujet mal placé, on y apportera du secours en revoyant souvent ce Recueil, et se le rendant tres-familier.” Sorel (1673), 7.

“Et si plura in legendo occurrant quae ad laudatos titulos non pertinent, ea libro Adversariorum singulari demum annotentur, ad quem, ubi opus, confugiat Lector.” Bartholinus (1676), p. 191.

“Si quae tamen *generaliter dicta* occurrant, quae nullo proprie titulo referri possunt, ut sunt non paucae cereae cujusdam naturae Sententiae, cuivis pene proposito applicandae, haec omnia *ad miscellaneorum titulum referenda* sunt.” Placcius (1689), 147. Italics original.

Ch. 2, note 122

“Voilà un étrange mal-heur d’avoir tant de Biens, que ne sçachant desquels il se faut servir, on ne s’en sert point du tout; C’est estre pauvre au milieu de ses Richesses. On dira que l’Abondance vaut toujours mieux que la Disette, et que si tout ce qu’on a est de grand prix, quelque chose qu’on ait amassé et quelque chose qu’on debite, cela sera toujours agreable; Neantmoins les choses extravagantes et hors de propos ne sont jamais gueres à estimer: Il faut donc trouver quelque invention pour n’estre point trompé aux sujets les plus extraordinaires.” Sorel, (1673), 7.

Ch. 2, note 124

“Sed virtutum ac vitiorum ordinem sibi quisque suo fingat arbitrio, vel e Cicerone, sive malit e Valerio Maximo, aut ex Aristotele aut ex divo Thoma petat. Denique si malit, elementorum ordinem sequatur. Neque enim id magni refert, quanquam nolim illum omnes huius generis particulas tam minutim concisas in ordines referre, verum eas duntaxat quae videantur frequenter in dicendo usu venire.” Erasmus, *De copia*, II, in *Opera omnia*, Ordo I, t.6 (Amsterdam: North-Holland, 1987), 259-60; quoted in Moss (1996), #113-14. See also translation in *Collected Works of Erasmus*, vol. 24. ed Craig Thompson (Toronto: University of Toronto Press, 1978): *Literary and Educational Writings 2*, p. 636.

Ch. 2, note 125

“Illa autem nomenclatura plena perfectaue semel quantum fieri potest esse debet, pro studiorum ratione, scilicet in quibus versaris. Ego certe *Titulos* sive locos *Theologicos omnes, morales omnes, naturales et Civiles plerosque* collegi, ita ut 3000. ad minimum scripti, et laminis istis parvulis affixi sint, relictis insuper albis, sive *Vacuis* 300. passim inter scriptores hic illicque, seminales, in quibus si forte novus aliquis, quod sit, occurrat titulus, inscribatur, suoque ordini, aliisque locum cedentibus, inseratur.” Placcius (1689), 139.

Ch. 2, note 126

“Tituli vero ejusmodi collecti exhibentur in indice rhetor. Farnabii p. m 71 ss et Thesauro Calvissii l. d itemque in Polymneme Tob Magiri; tum his etiam plures in Polyanthea majori Jos. Langii, in Florilegio magno Jani Grueteri, in Theatro Theod. Zwingeri etc. Ex quibus omnibus index praecipuorum capitum, seu locorum et titulorum plenior confici, atque ita, ut sup ad para. 15 ostensum est, describi potest, relictis spatiis, quibus si quid praeterea se obtulerit, adjiciatur.” Titius (1676), 102.

“Plusieurs Hommes d’Estude trouvent mêmes plus commode de faire ainsi [par alphabet] tous leurs Recueils, que d’une autre maniere. Ils choisissent dans les Dictionnaires tous les mots sur lesquels ils pensent rencontrer des choses qui soyent dignes d’estre remarquées; Ils rangent tous ces mots par ordre Alphabetique, et à mesure qu’ils lisent des Livres, ils écrivent sous chaque Lettre tout ce qu’il leur plaist de recueillir.” Sorel (1673), 8.

Ch. 2, note 129

“Tu imperite prorsus et absurde feceris, si hunc titulum vel ad characterem D. vel ad I. retuleris hoc modo: *Incrementum incredibile divinae gratiae*; aut hoc modo: *Divinae gratiae incredibile incrementum*. Rectius facies atque peritius, si eum ad elementum G.

revocaris, hoc modo: *Gratiae divinae incredibile incrementum*. In hoc namque titulo caput rei est *Gratia*.” Drexel (1638), 135.

Ch. 2, note 131

“De plus, il faut sçavoir que les mesmes Notes [par symboles] peuvent servir sur nos propres Manuscrits.” Sorel (1673), 14.

Ch. 2, note 136

“Nach dieser Invention [by Placcius] liess sich der Hannoverische Secretair Clacius einen gleichförmigen Schrank verfertigen. Nach dessen Tode kaufte ihn Herr von Lebiniz. Und dieses ist der so gennante Leibnizische Excerptir-Schank, welcher nunmehr in der königlichen Bibliothek aufbehalten wird.” Von Murr (1779), 210.

Ch. 2, note 138

“Inibi enim *quidquid* unquam de quovis subjecto unquam *annotasti*, *primo intuitu* simul invenies, si in 10. aut 20. aut plures forte locos communes dicere aut scribere pares, Chartulas enim de quolibet Subjecto, una cum lamina cui appenduntur, praehensas tecum *aufferas*, et juxta in museo ponas, quidque in quavis chartula *annotasti*, facile *pervolveras*, uti et auctoris nomen, libri capitique numerum, ex quo quidpiam excerpisti, prout olim observasti, invenies, materiasque illas, qua velis methodo in usum componas. Vix credas, nisi expertus, quanta voluptate atque utilitate hoc facias, maxime ubi copiam aliquam, paucorum annorum sedulitate collegisti.” Placcius (1689), 145.

Ch. 2, note 142

“Lorsque vous voudrez faire le relevé d’un volume de l’Académie des Sciences, ou de la Collection Académique, ne vous contentez pas de copier la Table qui est déjà faite, elle peut être fautive. L’expérience l’a démontré plus d’une fois. Suivez donc le volume page à page.... Tel est l’ordre que nous avons suivi: il nous a paru le plus simple, le plus sûr et le plus expéditif. Les cartes à jouer offrent la plus grande facilité pour ces Tables, et par l’arrangement qu’on peut leur donner, elles tiennent lieu du manuscrit qu’il auroit fallu nécessairement recopier plusieurs fois. Voici la manière d’écrire les cartes, et de multiplier en même tems les titres suivant que les objets l’exigent.” Rozier (1775), xi-xii.

Ch. 2, note 146

“Ein Register nach dem A b c ist eine sehr nohtwendiger Lehrmeister zu einem Buch/ massen er gleichsam mit dem Finger weiset/ wo eines oder das ander zu finden/ und keiner der Zeit hat/ alle und jede Bücher zu durchlesen/ welche sonderlich keine Schulbücher sind/ und nur zu dem nachschlagen dienen.” Georg Philipp Harsdörffer, *Delitiae, philosophicae et mathematicae. Der Philosophischen und Mathematischen Erquickstunden Dritter Teil* (Nürnberg, 1653), ed. Jörg Jochen Berns (Frankfurt: Keip, 1990), 57. As discussed in Meinel (1995), 170.

Ch. 2, note 148

“Porro methodus qua quis brevissimo tempore et ordine optimo indices conficiat, huiusmodi est. Quaecumque in indicem referre libuerit, omnia ut primum se obtulerint, nulla ordinis ratione habita in charta describantur, ab altera tantum facie, ut altera nuda relinquatur. Res

sive sententiam quaelibet separata, versum novum incipiat. Quod si dictio etiam, cuius principalem literam aut significationem aut argumentum disponendo sequeris, ab initio sententiae fuerit ubi plura sunt verba (in singulis enim non opus est) bene habet: sin minus, maiuscula litera vel quovis signo, ut atramento subducto aliove, notetur inter describendum ne qua deinde inter disponendum confusio oboriatur. Tandem omnia descripta forfice dissecabis, dissecta quo volueris ordine divides, primum in maiores partes, deinde subdivides semel aut iterum, vel quotiescunque opus fuerit. Aliqui dissectis omnibus, demum disponunt: alij inter dissecandum statim primam divisionem perficiunt, dum singulas schedulas in fine singularum dissectionis mucrone [sharp point] forficis [scissors] apprehensas digerunt per diversa mensae loca, aut vascula per mensam disposita. Ubi plurimae schedulae fuerint, saepius subdividere suaserim: sic enim omnia facilius et minori confusione peragentur, neque toties loco movendae erunt schedulae, ut aliae alijs ordinis gratia concedant: quam si quis prima statim aut secunda divisione omnia in iustum et postremae diligentiae ordinem anxie redigere satagat. Cum autem primam primae partis subdivisionem aggredi volueris, reliquas seorsim omnes in vasa aliqua aut inter librorum folia repone: atque ita partem primam subdividendo in ordinem quem voveris reducito: ordinatam vel statim descripto si opus sit: vel si prima descriptio satis bene habeat, quod potius fuerit, agglutinato tantum, glutine ex farina: cui si ullam xylocollam aut fabrile glutinum miscueris, facilius relines [unseal] aut removebis agglutinata, madefacta aqua sicubi erratum sit, aut alioquim in alium usum de novo ordine cogites: quam ob causam nonnulli in unam chartae faciem solum agglutinare malunt, ut cum libuerit, denuo discindant.

Sunt qui non agglutinent, sed filis libri ad hoc desinati inserant [filum=strand of yarn]. Librum e charta, quae crassissima et solidior reperitur in forma folij (ut vocant) componunt, et a summa parte ad imam filis recta descendentibus transuunt quatuor, aequidistantibus, in summa, media et infima folij partibus, transfixis. Commodius autem fit, si praeterea chartulae binae ex communi et tenuiori papyro, crassiori per singula folia agglutinentur: quae chartulae filis quidem longitudine aequales sint, latitudine pollicis. [pollex=thumb, inch] Harum una in medio duorum mediorum filorum spacio agglutinetur, non tota, sed tertia tantum sui parte in medio, ut reliquae duae tertiae utrinque glutino vacent, et hiantibus eis schedularum disponendarum et filis subiectarum extremitates inserantur, quod firmiter haereant, et schedulae in oppositis folij partibus digestae non confundantur. Altera similis chartula ante primum filum statim, ut id prope attingat, agglutinetur dimidia sui parte, ut hiet et vacua glutino sit pars quae filum spectat: In altera vero facie folij, eadem chartula post ultimum filum agglutinetur: sive ut pariter dicam, in utraque facie versus interiorem libri partem, qua ligantur et compinguntur libri. Filum exteriori margini proximum pollicis forte intervallo a fine marginis distet. Huiusmodi folia chartulis et filis instructa circiter 100 (alioqui nimium crasseceret aut hiaret liber) in unum codicem apte compinguntur. Hac ratione Georgius Ioachim Rheticus, mathematicus huius aetatis praestantissimus, astronomiae de iudicijs Pandectas congressit.

Hoc certe testari possum, nosse me doctos aliquot homines, qui hanc dividendi commoditatem omnibus fere studijs suis adhibeant, et sive scribendum eis aliquid, sive docendum publice fuerit, materiam sermonis congestam et rudem hoc modo disponant: sive materiam recens accumulaverint, sive olim conquistam distinctis per locos schedulis non agglutinatam in usum reservent, ut cum opus fuerit ad quodunque argumentum tractandum depromant, et ex multis, quae in praesentia potissimum ad institutum facere videntur,

eligant, aciculis configant [configo: to fasten; acicula: pin] suoque modo ad quam voluerint partium oratione oeconomiam disponant et quae videntur describant, aut pro arbitrio utantur et in suum rursus locum recondant. Materia autem colligitur partim describendo, quae quis paulatim inter legendum observaverit: partim dissectis authorum communibus locis alijsve libri, ad quod efficiendum duobus exemplaribus opus est, quorum unius prima facies, alterius secunda deleatur atramento vel rubrica, ut ex duobus rursus unum veluti exemplar fiat. Hac methodo ad multa profecto laboris compendia et varias studiorum commoditates uti licebit. Verum haec satis, praeter institutum. Compulit me certe ad hanc digressionem insignis rei utilitas et quam nisi expertus nemo facile quanti facienda sit aestimaverit. Non solum enim tempori hoc modo parcutur, et labori taedioque scribenti (adde quod per alios quoque duos pluresve simul in omnibus, id est, describendo, digerendo et agglutinando iuvari quis poterit) sed ad ordinem rerum et verborum, ut quam exquisitissime fiat, necessarius propemodum hic modus est. Verum ipse usus artis magister et his quae diximus recte uti, et nova insuper invenire docebit. Nunc revertamur unde digressi sumus.” Gesner (1548), 19v-20r.

Ch. 2, note 149

“Conradus Pellicanus, praeceptor noster, vir diligentissimus, et de bonis literis, sacris praesertim, optime meritis, indices Basileae collegit in Tertullianum, Hilarium, Ecclesiasticam ac Tripartitam historiam, omnia opera Hieronymi, et triplicem in naturalem historiam Plinij. ... Nunc rationem parandorum indicum in publicas vel privatas etiam magnas bibliothecas ostendam, exemplum secutus D. Conradi Pellicani praeceptoris nostri, qui in publica Tigurina Bibliotheca ordinanda eandem rationem observavit.” Gesner (1548), 20v, 21v.

Ch. 2, note 159

“*Ad scribendum chartas* paro ad 8. complicatas, aut singulis *schedis*, vel *libellis*, *ejusdem plicaturae leviter consutis*: frustra enim accuratiorem artem in chartis compaginandis impendis, cum mox, ut dicturus sum, in minutas portiunculas dissecandae sint. Chartas istas libellosve, *semper admanum* habeo, sive in proprio cubiculo, sive in bibliotheca aliqua publica, sive alio quovis in loco, aut legendo, aut meditando, aut colloquendo quidpiam, occurrat, quod notatu dignum censeo.” Placcius (1689), 133.

Ch. 2, note 160

“Incommodum hoc unicum fere praecipuum remanet, quod utentes iis foliis Sibyllinis, (uti per contemptum a nonnullis vocantur,) *aegre dispersionem aut confusionem evitamus*. Quod vel aperta incautius fenestra januave, aliquoties cum toedio non exiguo sum expertus.” Placcius (1689), 71.

For Turnèbe quotation see above Ch. 2, note 107.

Ch. 2, note 161

“Talem autem Arcam, seu *Repositorium publicum* et commune, sua si vellent magnitudine Studiosi farvicari, curare possent, ut et *laxiora spatia*, plures, longiores et *largiores chartas* si opus sit *continere possit*.” Placcius (1689), 147.

Ch. 2, note 162

“Illud etim hic *peculiare commodum* est. Quod *integra fragmenta librorum*, aut *programmatum*, vel *disputationum* alienarum, conscindendarum, (forte, quod alias praeter haec excerpta nil contineant notabile, vel in duplo habeantur,) imo *integra Programmata*, *philyrasve* alias, licet scatulis subjectis inclusas, suos *ad locos redigere*, in scheda appensa indicandas. Quod maxime commodum est in Porgrammatis, quae in folio expanso, seu uti vocant patente, impressa, compactioni alias minus sunt idonea. ... Et sane qui *parvo labore magnam* talium *locorum communium copiam habere* velit, is annua mercede praecipuarum, et Programmatis atque disputationibus maxime fertilium Academiarum typographis, exigua constituta, brevi se videbit abundare omnibus omnis generis Collectaneis alienis: sed nisi per selectum postea prudentem usui forte minus quam oneri futuris. Quod ego alias superfluarum chartarum, in mea, jam sic mihi numerosa nimis Bibliotheca, impatientissimus, uimis metuens, eo consilio uti nondum huc usque sustinui.” Placcius (1689), 157.

“Circa *quantitatem apparet*, non nisi *ad multa excerpta* tantum apparatus fieri debere, caeteroqui *et lemmatice*, et *verbotenus* excerptis suffecturum aequae.” Placcius (1689), 158-59.

Ch. 2, note 163

“Quoties enim absens aliquis amicus abs te oret, ut, quas in tale aliquod subjectum notiones observasti, secum communicare velis, at libros ipsos transmittere, quibus sine gravi incommodo toties carere non possis, nec sine periculo aliquo Studiorum, neutrum plane, aut postulare, aut expectare ingenuus velit.” Placcius (1689), 129.

“Facile enim praesens aliquis Amicus Thesaurum ipsum consulere, et proposito suo idoneas materias, per titulos invenire possit. Sin vero absens fuerit, et per litteras oret, ut quas *tu Titulis* Tuis notiones observasti, secum ad tempus communicare velis, nulla plane aut res inveniendi, aut transcribendi mora, vel molestia, quas habes chartulas laminis suis appensas, una transmittere possis, remissasque spatiis suis, quae in bacillis vacua videbis, reponere.” Placcius (1689), 145.

Ch. 2, note 164

“Quodsi *conjunctis studiis* huic Thesouro locupletando, sex pluresque Studiosi, in Collegio aliquo, aut litterarum *societate* velint incumbere, et tales quisque Auctores per legendos et *spoliandos* [note a] sibi sumat, qui omnes illi, de singulis libris, ex quibus subjectum exscripserunt, alius aliquis hunc in modum continuo disponat: quam ingenti obsecro copia, vel paucis annis instructum erit commune hoc repositorium, sic ut singuli reliquorum omnium opera studiis[que] utantur et fruuntur.” Gloss by Placcius adds in note a: “Sensum *ita* divino: *ut plures sociatim studentes, vel dividant libros, vel argumenta excerpta, et conservent excerpta in commune: uno eorum disposituro, quae collegerint omnes.*” Placcius (1689), 146.

Ch. 2, note 165

“Quantum aute inventum hoc *ad nobile* illud Clariss. *Comenii de Pansophia* ornanda *propositum*, omnium sane litteratorum, Magnatum, Academiarum, Principum votis, auxiliisque fovendum, *conferre possit* ... aliis judicandum relinquo. ... Tantum sane laudem de tam tenui opere ipse ne captare, nec arrogare velim. Illud potius magni illius et nunquam satis laudati Viri censurae exactissimoque iudicio permittendum, si quid forte

ab exiguo hoc invento, tam praeclaro operi conducere posse videatur, quale quidem ipse meditatatur, quodque genti litteratae in *Conatuum Comenianorum praeludiis*, Oxonii nuper Typis evulgavit, Vir singularis litteraturae, industriae et Candoris Sam. Hartlieb: mihi certe inter primae cerae Amicos merito numerandus, cujus potissimum iudicio confirmatus, hortatu evictus, Repositorii hujus inventum, publicae censurae usuraeque committere non erubui.” Placcius (1689), 148-49.

Ch. 2, note 166

“[A]liis iudicandum relinquo, ubi certe multorum (ut video) oculis manibusque in legendis auctoribus, rebusque exscribendis uti necesse erit, licet paucorum, aut unius tantum in recensendis, dijudicandis, methodoque justa componendis iudicio et acumine.” Placcius (1689), 148.

Ch. 2, note 168

“*Utilitas* hujus laboris *maxima* facile patet, ex generali utilitate collegiorum, et societatum inter eruditos, et olim jam et hoc etiam seculo iniri maxime coeptarum, et porro iucundarum, si virorum optimorum votis ac desiderii respondeatur .... Et sane perfectissima etiam aliqua scripta hoc et superiori seculo videmus, sociatim elaborata prodiisse. Qualia sunt *Collegium Conimbricense*, *Poetica Giessensis*, *Dictionario della Crusca*, cui simile Gallicum *Academia Gallicana* Parisiis a Richelio fundata, jam XXX. amplius annis conatur, de quo videatur Historia Gallice scripta de l'Academie Francoise Pelissonii, et *Novelles des lettres*, annorum superiorum, aliquoties mentionem ejus facientes: ac denique jucundissima recreatione modo me affectum relinquens *MORHOFII Polyhistor* l. 1. c. 14. p. 149 plures sociales libros editos recensens. ... Quandoquidem autem *propter hominum invidiam et discordiam rarior est hic modus*, supersedebimus nunc ejus praeceptis operose efformandis, quae coeuntes paulo ingeniosiores, ex superioribus facile sibimet formabunt.” Placcius (1689), 162.

Ch. 2, note 169

“Quo casu etiam per tertium quemque postea poterunt suis locis in scrinio appendi.” Placcius (1689), 156.

Ch. 2 note 174

“*Socialium Excerptorum primus mentionem*, quod sciam, fecit KECKERM. *Cons. Log de adornandis Locis Communibus c.1. p. 3. columna 2. circa finem*: exponens, quomodo plures conjungere possent operam suam in excerptando.” Placcius (1689), 161.

“Socius modus est, quando coniunguntur opere, tum in legendo tum in colligendo id quod hac ratione maxima cum utilitate fiet; 1. si coniungerent se tres studiosi similium ingeniorum et parium profectuum. 2. si isti tres eundem scopum haberent propositum, et essent vel studiosi Theologiae omnes, vel Politicae et Iuris, vel aliarum etiam facultatum. 3. si sint aequae diligentes et industrij. 4. si sint sibi invicem addicti et amici; ita, ut alter sine invidia alteri suam sententiam velit communicare. 5. si alant aliquem anagnosten, sive lectorem, aut si non possint alere lectorem, ipsi per vices hanc operam praestent. 6. Habeant volumina iam parata, in quibus ea, quae notatu digna sunt, notent. 7. Notare autem poterit unus e numero per vices, sed ita, ut in dubiis aut obscuris, quando non ita statim liquidum est, ad quem titulum referri aliquid debeat, sententias inter se conferant. 8.

volumina illa communia deinde a singulis describi poterunt, vel etiam poterit hic modus commodior observari, ut duo qui non legunt, suis distinctis voluminibus sibi notent, tertius qui legit, postea sibi notet, aut si anagnosten alunt singuli singulis voluminibus possunt notare, breviter, si opus sit, collatis sententiis.” Keckermann (1614), col. 222-23 (misnumbered 220-221).

Ch. 2 note 176

“Lectio nunquam sit solitaria, sed semper socio audiente: is tibi repetat, quid notatu dignum, pariter vicissim ipse legat, tuque, quid tibi notatu dignum, repetas. Saepe enim accidit, ut cum soli studemus, ea probemus, quae probanda non sunt et improbemus probanda. Quod non fiet, hoc nostro praecepto observato.” Frey (1674), 25-26.

Ch. 2, note 180

“Cum hunc literarium postumum foetum, immaturo abortu relictum, nec ab auctore patre meo Adriano Turnebo iniquioribus fati praerepto recognitum, matris tamen diligentia et patris amicorum opera, a situ, a tenebris, a sempiterna oblivione liberatum, in lucem aspectumque hominum emersurum sciremus.” Turnèbe (1581), sig. Q2r (before cols. 910-11).

Ch. 2, note 182

“Mais une autre combinaison me sourit davantage: ce fut de prendre pour auxiliaires ma femme et ma fille, qui, témoins de mes perplexités, s'offraient de tout coeur à me venir en aide. ... Elles en transformaient les feuillets de manière que j'en pusse faire de la copie, c'est-à-dire qu'elles mettaient sur autant de feuillets séparés tous les accidents du mot, toutes ses acceptions et tous ses exemples.” Littré (1992), 30-32.

Ch. 2, note 190

“[F]estinantibus presertim amanuensibus nostris ad totius operis emendationem...” Dioscorides, *De materia medica libri sex*, ed. Adriani, 352v, as quoted in Grafton (1991), 5 and 305 n25.

“Caeterum non diffiteor argumenta vel capita librorum aliquot, verbosius quam vellem explicata mihi displicere: sed illud maxime in primo elemento commisi amanuensium opera usus, in caeteris nolim brevior fuisse.” Gesner (1545), sig. \*4r.

Ch. 2, note 192

“Pour ce qui est du Livre de la *Maniere de composer des Lettres* imprimé d'abord sous son nom à Lyon, et adressé à un nommé Desmarets ou de la Palu, il luy fut dérobé d'une maniere assez plaisante. Il l'avoit dicté à un Anglois de ses Ecoliers en deux jours, mais d'une maniere fort brute et forte imparfaite. Cet Ecolier en fit un extrait, et y ajoûta quelque chose du sien, avec une longue mais encore plus impertinente Epître, où il n'y avoit point un mot d'Erasmus, ny rien qui fist à son sujet: et pour donner du cours et de la vogue à ce Livre, il y mit le nom d'Erasmus.” Baillet (1685), II.2, 150. This passage is followed by the one quoted above in Ch. 2, note 10.

Ch. 2, note 194



“Sic igitur calamo frenant oculum atque oculo calamum urgente provehebar, ut non tantum opere delectatus sim, sed inter scribendum multa didicerim memorieque mandaverim. Quod enim tardior est scriptura quam lectio, eo altius imprimitur heretque tenacius.” Petrarch, *Le familiari*, xviii 12, 3-10 ed. crit. V. Rossi, vol. 3 (1937), 296-97 as quoted in Hamesse (1994), 204.

Ch. 2, note 202

“Hic ego cum cochlea velut oraculum proloquor: Domus propria, domus optima: Notae propriae, Notae optimae. Unica Excerptorum pagina tuo labore scripta, magis tibi erit usui quam decem, quam aliae viginti, quam aliae centum, quas diligentia obtulerint aliena.” Drexel (1638), 58.

“Quam multa sunt, quae scriptores alii, aut studio praetermittunt, aut incuriosi transeunt, aut ad alia festinantes negligunt, aut reperta mutilant et frangunt? quae attentus lector, hinc illinc ingenti suo commodo decerpit.” Drexel (1638), 59.

Ch. 2, note 203

“FAUST. Sunt hoc aevo scriptorum paene omnium indices copiosi, indices optimi. Quid fatiger frustra? ab indicibus petam, quod lubet discere. EULOG. Has voces iam novi. Hoc pigri aut iuvenuli ab experientia invalidi dicunt. Novi ego imperitissimos hosce sermunculos. Sunt adolescentuli vix litteris primis leviter tincti, qui his sese inaniis quietos reddunt: Ad indices, ajunt, confugiemus, et eruemus inde non grandi labore quidquid placuerit. O boni pueri, erratis toto caelo. Consilium ridiculum et vanum. Expertus sum ego ipse saepissime, inter indices plerumque id minime inveniri, quod maxime quaeritur. Non dicam, quod amplius est, a plurimis ipsam quaerendi artem ignorari, praesertim cum indices sibi sint dissimillimi. Sed neque hic indices in jus ambulare cogam, qui saepe fallunt, et ludificant quaerentem falsis numeris; non raro magnum quid pollicentur, et vix pauculas repraesentant vuculas.” Drexel (1638), 72-73.

Ch. 2, note 204

“Vel si opibus non destituaris, amanuenses alas non ineruditos, quibus rem illam [taking notes lemmatice] committas; sed qui tuo iudicio in colligendo utantur. Id Salmasius aliique viri praestantissimi fecerunt.” Morhof (1732), I.1.21, sec 12, 239.

Ch. 2, note 210

“Tertio, singula lemmata forficibus secari jube. *Jube* dico, non *Fac*: nam labor iste est mechanicus, nec te indiget: sufficet enim, ut alios dirigas. ... Quinto, quatuor aut sex famulos aut amicos advoca, et lemmata jube per literas et classes distribui.” Caramuel Lobkowitz (1988), 30.

Ch. 2, note 212

“Indignum enim est excellentium virorum horas servili calculandi labore perire, qui Machina adhibita vilissimo cuique secure transcribi posset.” This passage from a Leibniz manuscript in Hannover was first published by Jordan (1897), 307.

Ch. 2, note 215

“Referebat ipse potuisse se, cum procuraret in Hispania, vendere hos commentarios Larcio Licino quadringentis militibus nummum; et tunc aliquanto pauciores erant.” Pliny the Younger (1969), I, 179 (III.5, para. 17).

Ch. 2, note 216

“Atque ante hosce XXX jam annos in Academia Iulia studiis operam navanti, recordor aliquem non mediocri aeris summa paratum fuisse redimere inspectionem excerptorum, celeberrimi tunc ibidem viventis, et scriptis suis nunquam intermorituri, dum eruditio aliqua superabit Hermanni Conringii: sed partim desperatione illud impetrandi, partim asseveratione cujusdam deterreri se passum esse illa, quod non tam excerptis (quae Vir summus ille tumultuarie admodum in chartam illineret et *adversaria* sola perpauca) quam memoriae et iudicio, atque librorum copiae atque notitiae summariae confideret, ad ea quae collectaneis niti amplissimis viderentur scribendo praestanda.” Placcius (1689), 185.

Ch. 2, note 219

“*Huc etiam pertinet ARCANUM illud MAXIMAM NE CUIQUAM ADVERSARIA, notas et dictata tua pervolvenda permittas: ne cuiquam dixeris, quo studeas modo, qua dicas, aut conscribas arte, quos habeas arcanos libros. Nam ea, quae latent, suspicione semper et curiositate insita mortalibus majoris fiunt.*” Placcius (1689), 186-87.

Ch. 2, note 225

“Excerpta, loci communes seu annotations ad jus utrumque et practicam pertinentia. in fol. 3 vols. Loci communes varii et multiplicis generis. in-8. 10 vols. Collectanea ex scriptura sacra et scriptoribus sacris et profanis. in-8. 7 vols.” Martin (1706), V, 28.

Ch. 2, note 232

“Sed utinam et secundam centuriam Miscellaneorum et Epiphyllidas, et in Terentium, in Statium, in Quintilianum ingeniosas et doctas annotationes, et alia quam pluriam ex quibus vel centum facere centurias potuisset, habuissemus ... quae (ut audio) quidam florentiae occultant, ut edant pro suis.” Angelo Poliziano, *Opera omnia* (Venice, 1498), 1v, as quoted in Maier (1965), 8.

## CHAPTER THREE

### Ch. 3, note 2

“[I]nterim tamen lexicorum (in quibus singulae dictiones locutionesque enumerantur longe aliter quam in praeceptis artis, ubi nec omnia singillatim nec eodem ordine recensebantur) utilitatem non negligit, non ut a principio ad finem perlegat, quod operosius quam utilius fieret, sed ut consulat ea per intervalla.” Gesner (1551), sig. beta 1v-beta 2r.

### Ch. 3, note 5

“If they had but only bookes of References, it would be exceeding profitable: to wit, such Common-place books as did but only containe the generall heads of matter, and then the Quotations of three or foure of the chiefe Authors: as Reusner, Erasmus, Adages, Tullies sentences, or some other; setting down the booke and the page, where to turne of a sudden to any such matter in them. This would ease them of much searching and make schollers to doe such exercises much sooner, and with farre greater commendations: like as it is in Divinitie, Law, Physicke and whatsoever other Arts. Thus they may use the matter of the best Authors, going farre beyond the matter which the wit of any childe can conceive; sith that those bookes have in them the choisest saying of the very wisest of all ages: although they are still to adde whatsoever they can invent of their own braine, so it be wittily and pithily.” John Brinsley, *Ludus literarius: or, The grammar schoole* (London: Felix Kyngston for John Bill, 1627), 188 (ch. 13).

### Ch. 3, note 9

“Sub generalibus Capitulis qualia sunt Lexica, Concordantiae, Jus, Concilia, etc exhibui librorum eo spectantium pleniorum copiam, idque propter eorum usum tritissimum.” Hyde (1674), sig. \*\*[4]r.

### Ch. 3, note 12

“Il ne faut aussi oublier toutes sortes de lieux communs, Dictionnaires, Meslanges, diverses Leçons, Recueils de sentences, et telles autres sortes de Repertoires, parce que c’est autant de chemin faict et de matiere preparee pour ceux qui ont l’industrie d’en user avec avantage. .... Et pour moy ie tiens ces collections grandement utiles et necessaires, eu esgard que la briefveté de nostre vie et la multitude des choses qu’il faut aujourd’huy sçavoir pour estre mis au rang des hommes doctes ne nous permettent pas de pouvoir tout faire de nous mesme.” Naudé (1963), 51-52.

### Ch. 3, note 14

“Et apres tout, il n’y a pas manque de repertoires, Calepins, thresors, lieux communs où les esprits steriles en inventions ou foibles en scavoir, peuvent supleer à leur indigence.” Etienne Molinier, *Mystère de la croix* (1635), sigs. e1r-v, as quoted in Bayley (1983), xx.

### Ch. 3, note 15

“Quod maxime fit in subsidium indefessa studia sublevanda. Quibus ultro offertur et ministratur ab his Dictionarijs compendiosa et substantialis cognitio rerum et scientiarum.” Araoz (1631), sig. 4v.

Ch. 3, note 16

“In septima, universalia sive encyclicia; thesauri, apparatus bibliothecae, dictionaria.” Lomeier (1669), 331.

Ch. 3, note 21

“Hoc autem quum singulari quadam diligentia et industria egissemus, quidam in Aquitanica sive Lugdunensi Gallia typographi, qui videbant sibi hunc librum non licere propter regium privilegium imprimere, quod mihi merito tributum erat: eius quidem editionem non attingunt, sed Calepini suscipiunt: addentes tum dictiones, tum phrases, formasque loquendi ex thesauro nostro sumptas, interdum decem lineas, interdum viginti, aliquando dimidiam columnam, nonnunquam etiam unam integram.” Robert Estienne (1553), preface, sig. air.

Ch. 3, note 23

“Et inde selecta eligere et in locos, ut vocant, omnes referre, non ut Alphabetarij illi solent Vocabulariorum, seu Dictionariorum more Calepinantes.” Frey (1674), 2.

Ch. 3, note 25

“Le calepin n'estoit rien dans son origine, c'estoit un ouvrage pitoyable quand il sortit des mains d'Ambroise de Calepio. Neanmoins il s'est trouvé d'habiles gens qui voyant que l'on pourroit faire quelque chose de bon de son dessein, ont pris la peine de le purger, de le mettre en ordre et de l'augmenter jusqu'au point où nous le voyons aujourd'huy. De sorte qu'il n'y a presque plus que le nom et le titre du livre qui soit de Calepin.” Baillet (1685), I, sig. eijr-v (avertissement au lecteur).

Ch. 3, note 26

“Terra: elementum frigidum et siccum, quod quoniam reliqua omnia gravitate exuperat, infimum sibi inter ea locum vendicavit. Varro l. 4. ... Ac principio terra universa cernatur, locata in media mundi sede, solida et globosa, et undique ipsa in se se nutibus suis conglobata, vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus. Cic. Tusc. 1. Persuadent enim mathematici, terram in medio mundo sitam ad universe coeli complexum quasi puncti instar obtinere, quod κεντρον illi vocant.” Calepino (1718), s.v. “Terra.” Entries in Calepino (1554, 1616, 1748) are substantially similar.

Ch. 3, note 30

“Prima et maxima utilitas est, quae ex veris utilibusque historiis et locorum descriptionibus percipitur. Altera minor, non spernenda tamen praesertim Christianis et solidae doctrinae studiosis, quod multis gentilium fabulas et nugas, quas alioqui longo tempore perdiscere oporteret, vel in quaerendo laborare, ut multa variaque sunt figmenta, deorum hominumque genealogiae et alia vanae eruditionis spectra, statim cum opus erit, hic in promptu habere licet. Tertia commoditas est, quod poetarum, historicorum et aliorum etiam autorum interpretes, qui Commentarios et scholia conscribunt, lectores huc

remittere possunt, ut nos fecimus in Annotationibus Tatiani super libro contra Graecos, ne multa saepius repetenda veniant, atque eadem in singulis prope super singulos autores annotamentis inculcanda, ut instar communis Commentarii in plerosque scriptores, hic liber sit.” Gesner (1616), II, sig. AAa1v [p. 2].

Ch. 3, note 38

“Dominico Nanni Mirabellio. ... Fece di più una raccolta sopra li quattro Evangelij di tutte le sentenze, et Auctorità de’ Gentili Filosofi, Poeti, et Oratori adattate a’ suoi luoghi chiamandola *Monotessaron*, ò sia *Harmonia Evangeliorum*, della quale afferma Sisto Senese, che si conservava in Genova, nella Libreria del Convento di Castello , et il sudetto P. Borzino si ricorda d’haverla havuta per le mani, et era senza Frontispicio, la quale nel 1656. in occasione della Peste si è smarrita in compagnia d’altri Libri, e Volumi di consideratione.” *Li Scrittori della Liguria* (1667), 84-85.

Ch. 3, note 39

“Cum adolescens in humanitatis studiis: et graecis: et latinis versarer: ex tam magno acervo flosculos quosque colligere delectabar: qui et quotidiano sermoni magis congruere: et menti compenendae aptiores viderentur. Idem feci ulterius progressus in utraque Philosophiae: Quos quidem flores cum in ordinem disposuisssem: ac pro communi utilitate edere statuisssem.” Nani Mirabelli (1514), dedication.

Ch. 3, note 45

See quotation from Keckermann, below Ch. 3, note 122.

Ch. 3, note 46

“Usi autem sumus ordine rerum fortuito, quem antea in excerptando feceramus. Nam proinde ut librum quemque in manu ceperam seu Graecum seu Latinum vel quid memoratu dignum audieram, ita quae libitum erat, cuius generis cumque erant, indistincte atque promisce annotabam eaque mihi ad subsidium memoriae quasi quoddam litterarum penus recondebam.” Gellius (1946), I, xxvi.

Ch. 3, note 48

“Et c’est en quoy consiste la difference du merite de Turnebe d’avec celuy de la pluspart de ces faiseurs de *diverses Leçons*, son caractère étant d’être solide sans vanité, et celuy des autres se faisant souvent remarquer dans la montre de peu de choses.” Baillet (1685), II.2 (sec 369), 202.

Ch. 3 note 50

“LUDOVICUS CAELIUS RHODIGINUS vir fuit doctissimus, rerum naturalium et humanioris doctrinae peritissimus, et, quod non parum ad laudes ejus facit, J. Caesaris Scaligeri Praeceptor.” Morhof (1732), I.1.21, sec 50, 247.

“Multa in auctores utriusque linguae observavimus, ex quibus immanes partus nasci possent Variarum, Antiquarum Lectionum, Miscellaneorum, et aliorum eiusmodi, quibus hodie Philologorum ambitio lascivire solet. Non quod eiusmodi scriptionis genus inutile putem, aut in ullo scriptore haec reprehendam: non enim ita insanimus: sed quia talia ab aliis edi, quam a nobis, malumus.” Scaliger (1628), 47.

Ch. 3, note 52

“Atque, ut paucis rem complectar, Quicquid lectione collectum est, Stilus in unum rediget corpus. Et inde Antiquarum Lectionum titulus hisce libellis est adoptatus. Nam et Pomponium Libros Variarum Lectionum, concinnasse Legimus, Sed et Commentaria Lectionum Antiquarum, a Caeselio Vindice composita, Gellius advocat. Siquidem adhibita Ingenii nostri aura, Quaecunque ea est, in Saporem unum, Imagine quadam Apum, mire diversa confudimus libamenta. Uti ex succis odoraminum variis, reliquum tamen fiat Spiramentum unum.” Rhodiginus (1516), sig. AA4r.

Ch. 3, note 55

“Elenchus sive index brevis eorum uae capitibus singulis, toto continentur volumine.”

“Index eorum quae scitius, enarratiusque explicantur, in diversis observata auctoribus.”

“Elenchus sive syllabus rerum dignarum cura, quae hisce lectionum antiquarum commentariis continentur, ut vel citra incommodum quod quis concupierit, quaerat modo et consequatur ἀκονητίτι.” Rhodiginus (1516), sigs. AA4v, C[8]r, EEr.

“Index vocum et rerum singularum cognitu necessariarum foecundissimus.” “Loci ex auctoribus in hisce antiquarum lectionum libris a Locovico Caelio vel expositi melius, vel a mendis repurgati, atque in integrum restituti.” “Auctorum catalogus, quorum testimoniis in hisce antiquarum lectionum libris utitur Caelius.” Rhodiginus (1542), sigs. α3v, π1r, π 3r.

Ch. 3, note 56

For the complete set of marginal annotations in the Céard copy of Jean Bodin’s *Universae naturae theatrum* (1597), as discussed in my *The Theater of Nature: Jean Bodin and Renaissance Science*, see the link from my website.

Ch. 3, note 60

“Dictionaria etiam pleraque Graeca et Latina, quae literarum duntaxat, nullum autem rerum ordinem sequuntur (aut ne literarum quidem, ut Perotti Cornucopiae, Budaei commentarij linguae Graecae) ad hunc titulum [de variis] pertinent, cum et vocabula multis variisque scientiis propria in eis explicantur, et rerum interpretationes, definitiones et divisiones praesertim (demonstrationes fere nullae) in quibusdam contineantur.” Gesner (1548), 19r (titulus xiii, pt. 1).

Ch. 3, note 61

“Sed si excusandus est Angelus, certe non idem merentur alii Perotti strenui transcriptores. Hos inter non minimus AMBROSIUS CALEPINUS: qui quidem si in nomine aliquod omen est, per anagrammatismum *Pelicanus*, sanguis suo et succo minorum gentium Lexicographis vitam dedit.” Morhof (1732), I.4.9, sec 9, 821-22.

Ch. 3, note 62

“Nuper Calepini Lexico repurgato, et in ordinem redacto, nunc his Perotti commentariis, ita quintuplici characterum diversitate exculptis, ut familiam vocis cuiusque, e commentarij velut acervo, in margines eductam, et subtilissime depictam, oculis totam

momento consequi et dinumerare.” Perotti (1532), Valentinus Curio to the studious reader.

“Hoc commentariorum genus, quos Dictionarios appellamus.” Calepino (1570), as cited in Céard (1997), 90.

On Gesner, see Ch. 3, note 30.

Ch. 3, note 64

List entitled “Digressiones” in Dolet (1536), II, front matter, sig. \*5v-6r.

Ch. 3, note 67

“Ex authoribus fere omnibus etiam qui obiter de hisce rebus tradiderunt, scripta haec collegimus, summoque ordine ita texuimus, ut quae vetera essent, et sparsa velut nuper inventa et velut unum corpus excludi videantur. Veritatem autem rerum traditarum tantam esse contestamur, quanta fides authoribus ipsis unde collegimus habenda est.” Maioli (1614), preface, sig. ): (3v.

Ch. 3, note 71

“Tertius Index, qui Rerum et Nominum propriorum elenchum continebat, extremum in Theatro nostro locum sortitus erat. Verum cum in eam excrevisset molem, ut propter instantes nundinas nulla ratione absolui potuerit: consultius visum est, eum in praesentia omittre: et secundum Indicem, qui huic loco inserendus erat, calci Operis adijcere. ... nobis uno eodemque tempore cum gravissima pestilentia et laboriosissimo Opere depugnandum fuit.” Zwinger (1565), typographus lectori, sig. epsilon [4]v.

Ch. 3, note 74

“Denique quoniam (ut superius dictum est) ex diversis auctoribus hoc opus contextum est, ut sciatur quid cuius sit singulorum dictis eorum nomini annotavi, ac ne facile transporentur de locis proprijs, nequaquam in margine sicut sit in Psalterio glossato, et epistolis Pauli et in sententijs, sed inter lineas ipsas (sicut fecit Gratianus in compilatione canonum) ea inserui.” Vincent of Beauvais (1964), col. 3 (prologue, 3).

Ch. 3, note 76

“Ostentationis est, vetustissimorum Authorum nomina, quorum scripta nunquam videris, in testimonium adducere et dum a recentioribus res ipsas discere non pudet, ab ijs tamen didicisse aliquid fateri nolle. At ingenui candoris, gratam eorum, per quos profeceris, memoriam conservare et celebrare. Ergo eorum Scriptorum catalogum, quorum auctoritates in hoc theatro bona fide adductas deprehendimus, breviter recensebimus, vel quia indicum ratio sic efflagitabat, vel certe, ut ne in receptum ab omnibus morem delinquere primi videremur.” Zwinger (1586), sig. YYyYY[7r].

Ch. 3, note 77

“Aurorum catalogus, non omnium, nam id fuerat Bibliotheca indicem scribere, sed praecipuorum, e quorum monumentis collectae sunt Chiliades Adagiorum, praeter eos, quos ab alijs citatos deprehendit. Auctores graeci poetae, historici, cosmographi, oratores...” Erasmus (1530), back matter, sig. Aar.

Ch. 3, note 78

See title page: “In hac aeditione, prioribus tribus indicibus subiunctus est quartus novus, quo cuncta loca autorum in hoc opere sparsim citata et ab ipso Erasmo vel explicata vel restituta, lectori ob oculos quam clarissime sunt posita.” Erasmus (1551), sigs. hh2r-5v.

Ch. 3, note 82

“Ad haec tantarum et tam multiplicium rerum et temporum varietates considerantes, necessarium ac perutile per omnia fore conspeximus, ut quasdam breves isagogas, quibus lectores ad huius voluminis noticiam introducantur, prelibare curemus, et multifarium istud istoriarum pelagus tali ordine disponamus, ut, dum lectores per ipsum fluctuaverint, totius erroris vel impedimenti remotis obstaculis, ad portum istorie, quamcumque tunc desideraverint, valeant sine labore perducere et in hiis que invenerint erudiri. Itaque in singulis huius libri particulis singulis isagogas competit dispensari, quarum conductu lectores per haec maria remigantes ad optatum portum, perlectis hic prius rerum cursibus et lectionum varietatibus, plane proficiscantur atque per hoc elogium tamquam per hostium indicantur.” Pantheon (ed. MG SS XXII) 107, as quoted in Melville (1980), 95.

Ch. 3, note 83

“Itaque in singulis huius libri particulis singulis isagogas competit dispensari, quarum conductu lectores per haec maria remigantes ad optatum portum, perlectis hic prius rerum cursibus et lectionum varietatibus, plane proficiscantur atque per hoc elogium tamquam per hostium indicantur.” Pantheon (ed. MG SS XXII) 107, as quoted in Melville (1980), 95.

Ch. 3, note 88

“Est et alterum hic observandum: quae sub uno fortasse caractere non occurrent, in synonymo quaerenda esse. Sic Gloria et Honor, Opes et Divitiae, Magistratus et Principes, Dolus et Fraus et Astutia et Calliditas, Stultitia et Imprudentia et Stupiditas, cum re conveniant, nomenclatione differant, inquirentis studium non raro deludent, nisi a synonymi classe subsidium petatur. Minutas divisiones scrupulose non sumus persecuti, ne nimia diligentia aliorum negligentiam seu potius inertiam foveremus. Erunt qui multa supervacua, qui multa defecta conquerentur. neque ego repugno. Sed dum a nobis nihil humani alienum esse arbitramur, ingenue quinetiam confitemur: ipsi vicissim sese homines esse recordentur et non minorem in ignoscendo aequanimitatem, quam in cognoscendo dexteritatem adhibeant.” Zwinger (1586), sig. AAaAAr.

Ch. 3, note 89

“Expertus sum ego ipse saepissime, inter indices plerumque id minime inveniri, quod maxime quaeritur. Non dicam, quod amplius est, a plurimis ipsam quaerendi artem ignorari, praesertim cum indices sibi sint dissimillimi. Sed neque hic indices in jus ambulare cogam, qui saepe fallunt, et ludificant quaerentem falsis numeris; non raro magnum quid pollicentur et vix pauculas repraesentant voculas.” Drexel (1638), 73.

Ch. 3, note 90

“Quod ab initio sumus professi, id ipsum nunc repetimus: minores subdivisiones nos in hoc indice exacte non persecutos. Eas tamen si quis requirat, ne totam operis molem



evolvere cogatur, numeri ductu titulorum seriem consulat. Exempli causa, si medicos legatos requirat, neque illorum sub Medicis mentionem fieri videat, Legatorum Titulum consulat et quod quaerit reperiet.” Zwinger (1586), sig. CCcCC[6v].

Ch. 3, note 91

“Amentia: de hac materia plura infra in Mirabellio, ubi Insipientia et Stultitia.”  
*Polyanthea* (1585), 56.

Ch. 3, note 92

“MEMNON ...  
Memnon R. ...  
Memnon Rhodius ...  
Memnon historicus ...  
Memnonis sepulcrum 574. status miraculosa 980. 2412. 4201  
MEMORIAE usus 34  
MEMPHIS histrio ineptus 1168” Zwinger (1586), sig. QQqQQ3v (index exemplorum).

Ch. 3, note 93

“In tanta rerum varietate, nominumque simili dissimilitudine, ordinem constanter servare difficile. Si seriem essentialem sequare, Grammaticorum: si accidentalem, hoc est alphabeticum, Historicorum inadaginem in uno saepe eodemque exemplo frustraberis. ... At si eadem secundum literarum seriem digerantur, qua tempore prima fuere, literario ordine media aut ultima erunt. Alphabeticam certe Methodum in Grammatico instituto retinere satius erit.” Zwinger (1586), sig. DDdDD1r.

Ch. 3, note 94

“Difficultatem auget propriorum nominum a diversis auctoribus observatorum diversitas: plane vero excandefacit synonymia, partim eorum, qui propter celebritatem famae id sunt consecuti, ut in multorum diversimode prounciantium ore versentur: partim eorum qui ut unius rei unicum tantum esse nomen debeat, plura tamen vel fortuito vel consulto suscepta nomina obtinere, praenomen, nomen, cognomen, agnomen, ut fere Romani. ... Et propterea sub diversis saepe literis exempla illorum collocari potuisse: quae tamen nos, tautologiae vitandae causa, uno loco proponere, in reliquis notas tantum apponere, et digitum ad fontem intendere voluimus.” Zwinger (1586), sig. DDdDD1r.

Ch. 3, note 95

“Scriptorum nomina inversa ut facilius reperiantur ab illis qui forte cognomina sciunt, praenomina nesciunt aut non meminerunt.” Simler (1555), sig. \*3v.

Ch. 3, note 96

“Advertissement aux lecteurs touchant les secondes additions à la Table: Ainsi en avons nous fait de Elisenne de Crenne ou Helisenne, et encores de Seve par e, seul, de Sceve, escrit par sc. le tout pour plus facile intelligence et pour trouver les auteurs plus aisément: lesquelles choses il a fallu necessairement repeter en cette table, d’autant que selon l’ordre de l’alphabet les uns les cherchent en un endroit et les autres en un autre: qui est cause de nous avoir fait user de redittes.” La Croix du Maine (1584), sig. oiiijv.

Ch. 3, note 97

“Lectori S. Quicquid passim amice lector, hocce in opere tractatur, et cuius in primo Indice non fit mentio, hic annotatum invenies, tanta copia, ut potius aliquid superesse quam deesse queraris. Nihil hic omissum est, nisi in primo idem habeatur elencho. Vale.” Erasmus (1551), sig. ff3r. This index first appears in 1550, but the explanatory blurb only in 1551.

Ch. 3, note 98

“Indices copiosos et acurrato alphabeti ordine in prolixiora praesertim volumina conscribi, maxima nuper studiosorum utilitate, a divino vere typis excudendi libros invento, receptum est: idque tanto applausu, ut ijdem libri quibus index accesserit, a plerisque studiosis (illis certe omnibus qui utilitatem potius quam formam spectant) alijs utcunque eleganter ubicunque excusis non immerito praeferantur. Laudo hac in re Germanorum diligentiam, qua Gallos, Italos et Hispanos longe vincunt. Illi enim plurimos nullis indicibus, perpauca adiecti quidem illis sed nimis brevibus, codices emisertunt.” Gesner (1548), 19v (titulus xiii, pt. 2).

“Alphabeticum autem ordinem secutus sum, quoniam omnis tractatio nostra fere grammatica magis quam philosophica est: et quia in praecedentibus quoque libris nostris De quadrupedibus et avibus, eundem ordinem seravi. Videbatur enim is commodior ad inquirendum, sicuti et Lexicorum ordo, harum rerum imperitioribus. nam Indicem semper quaerendi causa adire, saepe molestum est. Neque hoc sine exemplo veterum quorundam doctissimorum hominum feci: ita tamen hunc ordinem temperavi, ut seapius quae cognata sunt, coniunxerim, ut Conchas, Cancros, Galeos etc. ... Praestantior et philosophicus ipsorum ordo est: meus grammaticus et plerisque utilior.” Gesner (1551b), sig. b1v.

Ch. 3, note 99

Short prefaces to some of the separate language indexes in Gesner include: “Germanica. His non adiunximus quae ab authore conficta sunt. potest etiam fieri ut Anglica nonnulla sint admixta.” “Ad lectorem: Bohemica quidem, Polonica et Illyrica, dialecti sunt unius linguae: a quibus Turcica differt: et rursus ab his omnibus Hungarica. Sed ut amicus quidam noster haec collegerat, ita reliquimus.” Gesner (1551b), sigs. c[7]r, c[8]r.

Ch. 3, note 101

“Admonitio ad lectorem. Hoc in indice, lector, praeter locos, sive sermones, quota singuli pagina reperiantur, indicatos, notavimus etiam cum alia in rebus ipsis et sententijs cognitu digna: tum illa praecipue quae in singulis reperta locis, ad alios etiam congruere videbantur: ut si quid in sermone de virtute ad iustitiam spectabat, aut contra: et in alijs similiter. Ad haec nomina propria et quae ad ea pertinebant, diligenter omnia simul in unum alphabeticum ordinem congegimus.” Gesner (1559), “In Stobaei collectanea index locupletissimus,” sig. HHr.

Ch. 3, note 105

“Alterum generalem, quem hic non minus fastidioso, quam multo labore digestum subjicimus, omnium Tomorum materias, res, verba explicata, et exempla ordine alphabetico comprehendentem. Haec enim in unum simul coadunare catalogum placuit,

ne quo quid loco quaerendum esset, dubius haereres. ... Neque enim hac prima Editione ob maximam farraginem, temporis angustiam et collectorum, quibus proinde utendum fuit diversitatem, cavere satis potuimus, quin errata plura correctorem effugerint, alia eiusdem quamvis rei et argumenti aliquantulum seiuncta, alia etiam sub diversis casibus repetita fuerint, in quibus copia quam defectu peccare maluimus, quod illam facilius secundae, si Deus faverit, curae sint districturae, quam hunc suppleturae.” Princtius, “Lectori benevolo” in Beyerlinck (1631), 8, sig. (: )2r.

Ch. 3, note 108

“Mihi profecto in vita tam brevi et tanta studiorum varietate versantibus necessarij videntur librorum indices, non minus quam in trivio Mercurius, sive ut reminiscatur quae quis legerit, sive ut nova primum inveniatur.” Gesner (1548), 19v.

“Sed neque hic indices in jus ambulare cogam, qui saepe fallunt, et ludificant quaerentem falsis numeris; non raro magnum quid pollicentur et vix pauculas repraesentant voculas.” Drexel (1638), 73.

“Rerum Index recentiorum industriae debetur, quem nec in Manuscriptis, nec in primis editionibus invenias.” Bartholinus (1676), 192.

Gesner also associated indexing with printed books, see above Ch. 3 note 98 [re Gesner (1548), 19v].

Ch. 3, note 112

“Mit keinem Register der Materialien habe ich dich beschweren wollen, weil diese Arbeit den Zweck nicht hat, dass ein angehender Studente, hier und da nachschlagen, sondern alles in gehöriger Ordnung durchlesen soll.” Martin Schmeizel, *Versuch zu einer Historie der Gelehrtheit* (Iena, 1728), Vorrede, as cited in Zedelmaier (1992), 101.

Ch. 3, note 116

“Aliquas materias in arborem ramificatas: quo facilius eas memoriae scrinio commendes.” *Polyanthea* (1503), 339r, colophon.

Ch. 3, note 118

“Non te terreat haud inusitata per tabulas scribendi ratio, multis enim gravibus viris placuit, ut considerent cum menti, tum memoriae. Menti enim tabulae prosunt, claritate, totius enim divisionis membra unico aspectu apprehensa et alio caractere consignata, facilius innotescunt, quam si unum tantum proponeretur. Totum uotius [for notius] secundum nos rudes, quam pars. Quanto hae tabulae sint subsidio memoriae, neminem latet, brevitatis tabularum mirifica, et grata, et utilis memoriae, unum enim membrum reducit in memoriam oppositum. Si quis operam navare voluerit memoriam his divisionibus ditescere, difficile creditu, quam iucunda, et quanti emolumenti sit futura eruditio. Ex paucis verbis iudicium infert, concludit, ratiocinatur. Memoria etiam paucis contenta gravitate oneris non enervatur. Si quae difficultas interpretationem postulet, quae tabulis interseri non possit, ne nimia prolixitate claritas requisita offunderetur, statim paucis interpositis lineis explicatio nitidior, prolixior adiungitur, potius quam in ipsam intrudatur.” Crassot (1630), sig. a[8]r.

Ch. 3, note 120

“Verum cum magna titulorum inopia laborent omnes isti et ex suo potius commodo quam ex rei natura titulos congerant verius quam connectant: alius certe ordo instituendus fuit, qui non ex voluntate scriptoris, sed ex arte penderet, atque adeo aeternus esse posset. Cuius quidem ratio ex rerum essentia fuit deducenda.” Zwinger (1586), sig \*\*6r-v.

Ch. 3, note 122

“Plenior ordo alienus in rebus seu volumen plenius, praescriptum est a Zwingero in Theatro vitae hum. quo ordine conatus est ille vir omnium rerum titulos comprehendere, ingenti quidem labore, sed nescio an pari fructu: nam nec secundum Logicam accurate is ordo constitutus est, nec talis, ut omnia ad eum possis referre nec denique talis ut sine difficultate magna possis reperire id quod cupis nisi confugas ad indicem alphabetarium.” Keckermann (1614), col. 225 (misnumbered 211).

Ch. 3, note 130

“54c29 verba, de bonis spiritibus, de malis spiritibus, ad praecedentem inscriptionem pertinent, minutis characteribus scribenda.” Gesner (1549), 157v.

Ch. 3, note 133

“En suite de quoy il ne faut point obmettre et negligier de faire transcrire tous les Catalogues, non seulement des grandes et renommées Bibliothèques, soit qu’elles soient vieilles ou modernes, publiques ou particulières, et en la possession des nostres ou des estrangers, mais aussi des Estudes et Cabinets, qui pour n’estre connus ny hantez demeurent ensevelis dans un perpetuel silence.” Naudé (1663), 25.

Ch. 3, note 135

“Le P. *Louis* JACOB de *S. Charles* Carme de *Challon* donna aussi en nôtre langue son Traité de plus belles Bibliothèques publiques et particulières, qui avoient été et qui étoient de son temps dans le monde. Dans ce gros Traité il paroît avoir eu un peu trop de diligence, et trop peu de discernement sur des choses qui sont incertaines et sur d’autres qu’il tire par les cheveux pour les faire venir à son sujet. Outre que comme il avoit le naturel bon, il croyoit un peu trop facilement ce qu’on luy disoit et ce qu’on luy écrivoit, et se reposoit avec un peu trop d’assurance et de credulité sur la bonne foy d’autrui. C’est ce qui luy a fait multiplier si fort le nombre des belles Bibliothèques, et qui l’a porté à nous faire passer pour tres-amples et tres-bien choisies celles qui a peine auroient mérité place parmi les cabinets les plus mediocres.” Baillet (1685), II.1, 273-74.

Ch. 3, note 138

“Quod ad me, statueram ab initio veteres tantum et melioris notae nostri saeculi scriptores enumerare, nec alios quamque qui hodieque extarent: sed cum eadem opera, nec multo maiori labore, omnes cuiuscunque generis scriptores colligi posse viderem, quotquot et qualescunque reperi libros secundum nomina authorum per alphabeti ordinem recensui in tribus praecipuis linguis, Latina, Graeca, et Hebraica, extantes et non extantes, veteres ac recentiores, doctos cum indoctis, excusos et adhuc latentes.” Gesner (1545), sig. \*3r.

Ch. 3, note 139

“Nullus a me scriptor contemptus est, non tam quod omnes catalogo aut memoria dignos existimarem, quam ut instituto meo satisfacerem, quo mihi imperaveram sine delectu simpliciter omnia quae incidissent commemorare. ... Nos recitare tantum voluimus, delectum iudiciumque liberum reliquimus alijs.” Gesner (1545), sig. \*3v.

“Adiectis plaeunque censuris, argumentis, praefationibus, aut capitibus ut vocant, sive omnibus illis, sive nonnullis, ubi fieri commode potuit.” Gesner (1545), sig \*3r.

Ch. 3, note 140

“Nam vel ob hoc ipsum nonnulli nominandi sunt, ut Lectores moneantur de abstinendo ab eis: non enim eruditis solum, sed quibuslibet hunc Indicem collegimus, ut etiam rudes inde tanquam a praeceptore muto de autoritate utilitateque singulorum librorum, et contra, admoneantur. ... Duplex sane barbarorum genus existit: sunt qui dicendo tantum barbari, res interim bonas et utiles doceant, quos modis omnibus conservari par est: alij ut verbis, ita sensis quoque barbari et inutiles sunt, quos equidem quoquo modo abolitos velim.” Gesner (1545), sig \*3v.

Ch. 3, note 141

“Multi in uno loco vulgares et utiles sunt, ijdem alibi rarissimi, aut plane incogniti: et qui olim tritissimi erant, nunc in nullo sunt usus studiorum: ... Plurimi hodie authores omnibus notissimi sunt, qui proculdubio post centum annos paucissimis cogniti in tenebris latebunt.” Gesner (1545), sig. \*3v.

“Caeterum nomenclaturas authorum veterum, quorum scripta vel nulla, vel partim non extant, ex Dictionario Graeco Suidae, Athenaei Dipnosophistis, Gnomologio Stobaei, et Epigrammatibus Graecis (quorum congeriem Anthologium, aut Latine Florilegium vocavi, ab Agathia primum aggregatam, deinde a Maximo Planude castratam) nec non alijs quibusdam observatas excerpti. Et nimium exquisita forte aux curiosa diligentia, quaecunque inter legendum citata nomina occurrebant, statim annotavi: ita ut fere pigeat quosdam inseruisse, veluti episcopos, quorum verba citantur a Cypriano in libello de haereticis baptizandis: et illos, a quibus nihil editum extat, nisi praefationes quaedam, aut etiam una solum, vel epistola una.” Gesner (1545), sig. \*3r-v.

Ch. 3, note 142

“Materiam operis undecunque corrasi: ex catalogis typographorum, quorum non paucos diversis e regionibus conquisivi.” Gesner (1545), sig. \*3r.

Ch. 3, note 143

“Cujus rei praecipuus laudator fuit Conradus Gesner, ille της εμπειριας βιβλιακης *summus artifex ac princeps magistrorum* jure merito ab amplissimo nostro Conringio vocatus: tum primum confecto et seorsim vulgato catalogo librorum quos Christophorus Froschhoverus publicavit; tum et quam maxime quidem singulos libros *Pandectarum sive partitionum universalium* celeberrimis isto aevo typographis inscribendo, et partim omnium, partim praecipuorum librorum ab iis impressorum catalogos inserendo.” Vogler (1691), 10-11.

Ch. 3, note 149

“Ad exterorum Bibliopolarum, omniumque rei Literariae Studiosorum gratiam et usum coempti, et venales expositi.” Fabian (1972-78), I, 3.

Ch. 3, note 156

“Unius tantum materiae studiosis totius tamen catalogi lectio commendatur, eo quod in aliis facultatibus, plurimi diversi generis tractatus, eodem compacti codice, intro binos uncinos {} describuntur.” Martin (1706), sig. ijv (#3).

“Ea de causa totus catalogus bibliophilis evolvendus commendatur.” Martin (1711), sig. [av]r (#7).

“La Table des Auteurs, jointe à nôtre Catalogue, paroîtra d'autant plus utile et même nécessaire pour son usage, qu'il renferme une grande variété de Matieres et de Traités répanduë dans un très grand nombre de volumes qui contiennent des Mélanges. Il est important d'en prévenir les *Bibliophiles*, pour les engager à lire le Catalogue dans toutes ses parties.” Martin (1746), vii.

“Hic index a viris litteratis expetitus, non mediocris (opinor) erit emolumentum.” Martin (1711), sig. [av]r (#6).

Ch. 3, note 162

“Ad haec, elenchi sive indicis usum hic catalogus exhibebit, et commode in omnibus bibliothecis collocabitur, adscriptis ubique numeris librorum ordine, quo dispositi sunt. Nam si qui novi accesserint, hic non commemorati, illorum quoque nomina marginibus inscribi licet, et spaciis saepe vacuis. Quod si idem in privatis bibliothecis amici et vicini studiosi fecerint, ita ut unusquisque non suos tantum codices, sed amicorum quoque illos quibus ipse caret, in hoc catalogo signari curet: alter alterius libris commodato uti poterit, quando non omnium ea fortuna est ut multos libros comparare queant.” Gesner (1545), sig. \*4v.

Ch. 3, note 167

“Baillet n'en convient-il pas lui-mesme, lors qu'il nous promet de rapporter les Jugemens des Sçavans, sur un plus grand nombre de livres, qu'il ne sera possible d'en lire à chaque particulier? ... S'il est donc vray que nous ne puissions pas lire tous les livres dont il nous parlera, il faut qu'il avoüe qu'il nous parlera de beaucoup de livres que lui-mesme n'aura pû lire.” [Boschet] (1691), 22.

Ch. 3, note 180

“Accedit ad te lector, tractulus brevis de bibliophilia, haud in eum a me concinnatur finem, ut per numerosum exemplorum Choragium, quos vis fere librorum scriptores, lectores, aestimatorisque ob oculos tibi ponerem; factum id enim abunde satis ab aliis ex Zwingero, Rhodigino, Alstedio, Beyerlingio, aliisque tum Diaristis tum encyclopaedistis, quos perlegere nedum magnam eorum partem exscribere, neque tempus hactenus tulit neque animus.” Liberius (1681), sig. A2r.

Ch. 3, note 183

“Quod precatus sum a Deo immortalis cum professio philosophiae mihi demandaretur, ut pro ineffabili sua gratia mihi concederet ea docere, quae ad liberalium ingeniorum culturam et ad philosophiae decus pertinerent: id toto illo duodecim annorum decursu ...,

id, inquam, toto professionis meae tempore ante oculos habui. Sic enim semper institui rationes meas, ut aliorum commodis inservire, ac unius Dei gloriam amplificare possem. Hinc mihi natae sunt variae lucubrationes: e quibus multae diversis temporibus lucem aspexerunt. Tandem subiit animum meum haec cogitatio, magnum fore operae pretium si latifundium regni philosophici uno syntagmate delinearem: quod ante me fecisse videbam viros omni exceptione majores Fortium videl. Ringelbergium in Encyclopaedia, Hieronymum Cardanum in libris de Subtilitate, itemque de varietate rerum, Theodorum Zwingerum in Theatro vitae humanae, Petrum Ramum in Professione regia, authorem margaritae philosophicae et catenae scientiarum, Thomam Freigium in Paedagogo, Antonium Possevinum in Bibliotheca selecta, Gregorium Tholozanum in Syntaxi artis mirabilis, Cornelium Gemmam in Cyclognomicis, Jacobum Lorhardum in Heptade philosophica, Wowerium in Polymathia, Matthiam Martinium in Encyclopaedia, Bartholomaeum Keckermannum et Clementem Timplerum in variis Systematis, Robertum Flud in Macrocosmo et Microcosmo, Johannem Colle de Idea et theatro imitatricium et imitabilium ad omnes intellectus, facultates, scientias et artes. Horum authorum heroico labore, ac utilitate rei longe maxima adductus, sumsi animum, cumque animo calamum et duce Scriptura sacra, comite ratione recta et experientia certa, teste denique conscientia, elucubravi hoc, quod vides, opus.” Alsted (1630), I, sigs. iiiv-iiijr.

Ch. 3, note 186

“Dans les traités scientifiques, c’est l’enchaînement des idées ou des phénomènes qui dirige la marche; à mesure qu’on avance, la matière se développe, soit en se généralisant, soit en se particularisant, selon la méthode qu’on a préférée. Il en sera de même par rapport à la forme générale d’un article particulier d’*Encyclopédie*, avec cette différence que le dictionnaire ou la co-ordination des articles aura des avantages qu’on ne pourra guère se procurer dans un traité scientifique, qu’aux dépens de quelque qualité; et de ces avantages, elle en sera redevable aux renvois, partie de l’ordre encyclopédique la plus importante.

Je distingue deux sortes de renvois: les uns de choses, et les autres de mots. Les renvois de choses éclaircissent l’objet, indiquent ses liaisons prochaines avec ceux qui le touchent immédiatement, et ses liaisons éloignées avec d’autres qu’on en croiroit isolés; rappellent les notions communes et les principes analogues; fortifient les conséquences; entrelacent la branche au tronc, et donnent au tout cette unité si favorable à l’établissement de la vérité et à la persuasion. Mais quand il le faudra, ils produiront aussi un effet tout contraire; ils opposeront les notions; ils feront constrastrer les principes; ils attaqueront, ébranleront, renverseront secretement quelques opinions ridicules qu’on n’oseroit insulter ouvertement. Si l’auteur est impartial, ils auront toujours la double fonction de confirmer et de réfuter; de troubler et de concilier.

Il y auroit un grand art et un avantage infini dans ces derniers renvois. L’ouvrage entier en recevrait une force interne et une utilité secreta, dont les effets sourds seroient nécessairement sensibles avec le tems. ...

Les renvois de mots sont très-utiles. Chaque science, chaque art a sa langue. ...

Il y a une troisième sorte de renvois à laquelle il ne faut ni s’abandonner, ni se refuser entièrement; ce sont ceux qui en rapprochant dans les sciences certains rapports, dans des substances naturelles des qualités analogues, dans les arts des manoeuvres semblables, conduiroient ou à de nouvelles vérités spéculatives, ou à la perfection des arts

connus, ou à l'invention de nouveaux arts, ou à la restitution d'anciens arts perdus. Ces renvois sont l'ouvrage de l'homme de génie."

Diderot and d'Alembert (1571-80), 5:642, article "encyclopédie" (by Diderot)

"Il nous reste à montrer comment nous avons tâché de concilier dans ce Dictionnaire l'ordre encyclopédique avec l'ordre alphabétique. Nous avons employé pour cela trois moyens, le Système figuré qui est à la tête de l'Ouvrage, la Science à laquelle chaque article se rapporte, et la manière dont l'article est traité. ... Ainsi trois choses forment l'ordre encyclopédique; le nom de la Science à laquelle l'article appartient; le rang de cette Science dans l'Arbre; la liaison de l'article avec d'autres dans la même Science ou dans une Science différente; liaison indiquée par les renvois, ou facile à sentir au moyen des termes techniques expliqués suivant leur ordre alphabétique. ...

Nous croyons avoir eu de bonnes raisons pour suivre dans cet Ouvrage l'ordre alphabétique. Il nous a paru plus commode et plus facile pour nos lecteurs, qui desirant de s'instruire sur la signification d'un mot, le trouveront plus aisément dans un Dictionnaire alphabétique que dans tout autre. Si nous eussions traité toutes les sciences séparément, en faisant de chacune un Dictionnaire particulier, non seulement le prétendu désordre de la succession alphabétique auroit eu lieu dans ce nouvel arrangement; mais une telle méthode auroit été sujette à des inconvénients considérables par le grand nombre de mots communs à différentes Sciences, et qu'il auroit fallu répéter plusieurs fois, ou placer au hasard. D'un autre côté, si nous eussions traité de chaque Science séparément et dans un discours suivi, conforme à l'ordre des idées, et non à celui des mots, la forme de cet Ouvrage eût été encore moins commode pour le plus grand nombre de nos lecteurs, qui n'y auroient rien trouvé qu'avec peine; l'ordre encyclopédique des Sciences et des Arts y eût peu gagné, et l'ordre encyclopédique des mots, ou plutôt des objets par lesquels les Sciences se communiquent et se touchent, y auroit infiniment perdu. Au contraire, rien de plus facile dans le plan que nous avons usé que de satisfaire à l'un et à l'autre: c'est ce que nous avons détaillé ci-dessus."

Diderot and d'Alembert (1571-80), 1:xviii-xix, xxxvi, "Discours préliminaire des éditeurs" (by d'Alembert).



## CHAPTER FOUR

### Ch. 4, note 6

“Compiler, qui aliena dicta suis permiscet, sicut solent pigmentarii in pila diversa mixta contundere. Hoc scelere quondam accusabatur Manutanius ille vates, cum quosdam versus Homeri transferens suis permiscuisset et compiler veterum ab aemulis diceretur: Ille respondit: ‘Magnarum esse virium clavam Herculi extorquere de manu.’” Isidore of Seville (2004), 802. See Isidore of Seville (2006), 216 (I do not follow this translation which renders “compiler” as “plagiarist”). Hathaway (1989), 34 notes some survival of the negative connotation.

### Ch. 4, note 7

“Ad intelligentiam dictorum notandum, quod quadruplex est modus faciendi librum. Aliquis enim scribit aliena, nihil addendo vel mutando; et iste mere dicitur *scriptor*. Aliquis scribit aliena, addendo, sed non de suo; et iste *compiler* dicitur. Aliquis scribit et aliena et sua, sed aliena tamquam principalia, et sua tamquam annexa ad evidentiam; et iste dicitur *commentator*, non auctor. Aliquis scribit et sua et aliena, sed sua tanquam principalia, aliena tamquam annexa ad confirmationem; et talis debet dici *auctor*. Talis fuit Magister, qui sententias suas ponit et Patrum sententiis confirmat. Unde vere debet dici auctor huius libri.” “For an understanding of the things said, it must be noted, that fourfold is the manner of making a book. For one writes another's (words), by adding and/or changing nothing; and that one is called merely a *writer*. Another writes another's (words), by adding, but not from his own; and that one is called a *compiler*. Another writes both his own words and another's, but the other's as the principal ones, and his own as those annexed for evidence; and that one is called a *commentator*, not an author.<sup>1</sup> Another writes both his own and another's, but his own as the principal ones, the other's as things annexed for confirmation; and such ought to be called an *author*.” Bonaventure, *Commentaries on Peter Lombard's Sentences*, questions on the foreword, question 4: ‘What is the efficient cause or author of this book?’, conclusion. Latin edition and English translation by the Franciscan Archive. <http://www.franciscan-archive.org/index2.html>

### Ch. 4, note 8

“Le poète Longepierre lui écrivit le 25 juillet 1696 (Bibl. Roy.) qu’il verrait avec joie la publication du *Dictionnaire*, ‘tant par ce que nous en profiterons, que parce que vous serez en estat de vous appliquer à d’autres ouvrages; car quelque beau et quelque utile que soit ce recueil, je vous le diray sincèrement: j’ay tousjours regret quand je vois, que des personnes qui ont autant de finesse d’esprit que vous en avez, s’attachent à des ouvrages qui ne demandent que de l’érudition et du travail. Quelques rares que soient ces deux Talens, l’Esprit l’est encore bien davantage, et ceux qui en ont autant que vous doivent entrer dans des carrières, où il puisse paroistre dans tout son jour.’ (Cité d’après Gigas, p. xv).” Nedergard (1958), 219.

### Ch. 4, note 10

“Habeat ergo hinc rudis animus quo se erudiat, prudens quo se exerceat, tepidus quo se inflammet, pusillus quo se confortet; sumat hinc etiam eger quo curetur, sanus quo custodiatur, fessus quo recreatur, esuriens quo pascatur; legat studiosus, legat fastidiosus, iste ut incitetur, ille ut delectetur; legat simplex quod per se intelligat, habeat pauper quod scribere valeat.” *Florilegium duacense*, as cited in Munk Olsen (1979), 56.

Ch. 4, note 11

“Videbam nonnullos scripturam sacram irridentes: et quicquid Maroniano Ciceronianoque caret lepore ita dedignantem sola aurium delectatione allectos: ut etiam contra catholicam veritatem interdum sentirent. Videbam multos Aristotelica scripta devitantes ipsius lectionis obscuritate ac difficultate perterritos. Ego vero communi consulens utilitati: cupio nam quam plurimis prodesse: rem perutilem facturum me existimavi: si hos omnes mihi proponerem: et quae ad communem usum faciunt undique eligerem. Primo igitur: ut adolescentibus eloquentiae candidatis opitularer.” Nani Mirabelli (1503), Dedication to Princeps Gulielmus Marchionis Montiferratus. “Hic est quod deceat, pueros iuvenesque, senesque/ His ornare potest sexus uterque caput. . . . Eruimus spurcis fulvum de sordibus aurum. . . .” Nani Mirabelli (1503), Ad lectorem elegia.

Ch. 4, note 20

“Cum autem mandato Iulii secundi Pontificis maximi: una cum Vincentio Bayverio Episcopo Naulens. ipsius Pontificis Nepote in florentibus Gymnasiis Papiae et Bononiae Iuri Canonico operam dedissem: Existimavi rem multis non modo gratam: sed perutilem me facturum: Si universales Iuris pontificii propositiones ex tanto acerto delegissem: illas que cum aliquibus nostris Epigrammatibus: et nonnullis aliis annotatu dignissimis Polyantheae nostrae per singulas materias disseminassem.” *Polyanthea* (1514), ad rev. Riarium.

Ch. 4, note 22

“Addita nunc primum est latina interpretatio versuum Dantis et Petrarchae, quos ipsi italico idiomate conscripserunt. In Libera Argentina: apud Matthiam Schurerium.” *Polyanthea* (1517), title page.

Ch. 4, note 24

“Dicta philosophorum, historicorum, postremoque poetarum, tam graecorum, quam latinorum adiunxi, ita ut quid de ea re unusquisque sentiat, sive virtus sit, sive vitium, facile dignosci possit.” *Polyanthea* (1503), preface reprinted in 1539, 1546 and 1552 (among other editions). Correction: these editions reprinted Nani’s preface and its intention of reporting neutrally the sayings of others.

Ch. 4, note 25

“Verum quum nuper cogitarem ijs ut coepi voluminibus praela nostra continenter occupare, quae et officinae nostrae ornamentum aliquid adferrent, et literarum studia multum iuvarent, occurrit imprimis mihi signe hoc Polyantheae opus.” *Polyanthea* (1567), sig. +2r. Reverendo atque pietate et doctrina praestanti viro, D. Ioanni Geyr, LL. Licentiato, Collegij Divorum Apostolorum Decano, et Reverendiss. Archipraesulis atque principis electoris Colon. Consiliario, etc.

Ch. 4, note 26

“In hisce vero omnibus iuvat me D. Petrus Lynnerus, vir utriusque linguae peritia insignis atque publicus hic Latinae linguae professor. Fruitur ita nunc lector unico volumine coniunctim utriusque authoris sudoribus et opera tenui sumptu.” *Polyanthea* (1567), preface, sig +2v. I have found nothing on Lynnerus.

Ch. 4, note 28

“Inter omnes, qui de rebus praeclaris scripserunt, vir nobilissime, illos vel maxime probandos puto, qui ex veterum recentiumque monumentis optima quaeque acri iudicio colligendo (nullus enim liber est, ut recte Plinius, qui non aliqua parte prosit) et humanae societati summo studio prodesse et nominis laudumque suarum praeconium in omnem aeternitatem extendere nituntur. ... Est enim omnium scientiarum ac disciplinarum iucunda admodum facilisque σύνοψις, sive quis Philosophiae ac Medicinae arcanis animum applicet, sive Theologiae ac Iurisprudentiae quasi labyrinthis adijciat, tutum ad eam receptum habebit.” *Polyanthea* (1585), sig. ()2r-v (preface of Cholinus).

Ch. 4, note 29

“Nam Apophthegmatum atque Similitudinum, Adagiorum item et Exemplorum opes, quae et locupletare et exornare orationem maxime possunt, tam angusto circumscribuntur ac finiuntur pomoerio, ut non raro Lector avidus post exhaustum irritae inquisitionis taedium, manu vacua, indignabundus cogatur discedere. Ut interim nihil dicamus de Emblematis, Hieroglyphicis, Apologis sive Fabulis, autorum item sive scriptorum nominibus. ... Nam etsi fatendum nobis sit, et libenter ingenueque fateamur, nos huius operis nec primos inventores existere. ... Ut Lector humanus citra errorem aut taedium ullum ex hoc vel illo genere, quae proposito suo accommodata iudicabit, facillime possit depromere: utque ipsi iam operi nova plane facies ac forma inducta esse videatur.” *Polyanthea* (1604b), sig. )(2r-3r (Lectori candido).

Ch. 4, note 31

“Incidit ea editio, divina sic paterne disponente misericordia, in medias meae ad Catholicam unicam Christi Ecclesiam sanctissimae transmigrationis turbas: quibus ego cum conjuge et quinque liberis in mundo (ut fieri solet) miserrime agitatus, sicuti caeterarum fortunarum, ita et jam speratae ex huius libri editione utilitatis jacturam facere compulsus sum. Amisso enim circa id tempus, ob mutatam divino instinctu religionem, qualicumque, in quo positus eram, dignitatis et felicitatis externae gradu, dum ab omnibus prope mortalibus desertus, novam conditionem quaerens, vagabundus oberro.” *Polyanthea* (1612), sig. 2r dedication to Joannes Adamus, abbot of Kempten (Bavaria).

Ch. 4, note 33

“Cepit ille [Philippus Glaserus J.C.] inter alia huius quoque operis ideam seu imageinem quandam, quam dudum animo se comprehensam habere dicebat, verbis mihi depingere, magnum operae fore pretium asserens, si quis ad istum modum digestus Sententiis, Apophthegmatis, Similibus et Exemplis, molestiam, quae in locandis Eloquentiae fundamentis iuventuti obiicitur, sublevare conetur.” Lange (1662), to the reader, sig +4v; also Lange (1598), sig \*\*v verso. “Praeterea multos etiam ex proceribus aulicis, caeteraque nobilitate viros praestantes, qui res magnorum Principum administrant, haud gravatim

aliquot in hoc amoenissimo florum fragrantissimorum hortulo spatia esse facturos, non sine maximo, cum suo, tum universae Reipublicae Christianae commodo. Etsi enim libellus hic totus Eloquentiae Tyronibus iuvandis peculiariter sit elaboratus: multa tamen in eodem viri Politici et in gravissimis Reipublicae negotiis versantes, sua et dicta et facta egregia recognoscent, quae a sapientissimis, quos unquam Sol aspexit, hominibus, alias suscipienda et praestanda proponuntur.” Lange (1662), dedication, sig +3r; also Lange (1598), sig. \*\*ijj recto.

Ch. 4, note 34

“Taceo nunc utilitates alias, quas liber hic, reliquorum ordinum et aetatum lectoribus praebere et plurimas potest et amplissimas. Hic privatos ad modestiam cohortabitur: excitabit segnes ad vigilantiam; afflictis consolationem adferet; animos insolentes et dulci fortuna quasi ebrios ad laudabilem moderationem revocabit; imperitos erudiet: eruditos delectabit: castigabit sciolos; juniores observantiam; fortitudinem viros; gravitatem senes; omnes pietatem et virtutem docebit. Breviter nullum prope est vitae genus, aetasque nulla, cui non liceat ex hoc florilegio, ceu fonte uberrimo, salutaria cum honeste vivendi, tum prudenter agendi praecepta haurire.” Lange (1662), dedication, sig. 3v; also Lange (1598), sig. \*\* iij verso.

“Investigandi laborem magna ex parte minuat, extra Bibliothecam quoque, si usus postulet, sine difficultate magna ferri, et in auditoriis atque scholis, ubi iuventuti saepe ex tempore et in conspectu praeceptorum suorum scribendum est, ad manus haberit possit: pretio tamen interim emptores non gravet admodum, sed aere modico sit cuivis parabile.” Lange (1662), ad lectorem, sig. 5v-6r; also Lange (1598), sig. [\*\*7] verso.

Ch. 4, note 36

“Nos ordinem a Langio constitutum sequuti Etymologias Hebraeas frequenter Latinis et Graecis adiunximus”; “Caeterum his omnibus titulis et novos multos ante quinquennium et iterata editione addere visum est.” *Polyanthea* (1639), sig. 2v.

“Ad quarum imitationem visum est primo nostrorum collectaneorum auctori, Domino Nano Mirabellio (cuius inventis multa addiderunt Bartholomaeus Amantius, Fr Tortius, Matern. Cholinus, Anonymus Lugdunensis, Iosephus Langius, quos imitatus sum) *Polyantheae* nomen, merito quidem et prudenter, imponere ac retinere.” *Polyanthea* (1639), sig. 2v.

Ch. 4, note 37

“Siquidem sua pulchritudine, coloris elegantia, formae praestantia, odoris suavitate ac fragrantia, flores generosis animis suggerunt honesti pulchrique, necnon omnium virtutum recordationem. Turpe namque ut quidem sapienter ait, fuerit pulchra contemplantem, pulchra tractantem, pulchrisque in locis versantem, non pulchram aut turpem habere animam. ... Caeteris porro suis facultatibus, calefaciendi videlicet, refrigerandi, reprimendi, corroborandi, concoquendi, digerendi, discutiendi, resolvendi, aperiendi, attenuandi, leniendi et aliis similibus si conducibiles flores sunt, ut nulla corporis pars male affici possit, tui non ex floribus remedium adhiberi queat: paucae item compositiones mixtaeque medicamenta, quae non flores aliquos admittant. Plantas umbelliferas, flore placentes, odoratas, in palustribus, asperis, saxosis, sabulosis, apricis, umbrosis, udis [sic for undis] uliginosis et pinguibus locis provenientes floribus variis ornatas, stirpium historiae depingunt.” *Polyanthea* (1639), sig. 2r.

Ch. 4, note 39

“Nil dicimus, non dictum prius: et si auctoritatem eorum quos sequimur damnas, pro arbitrio sane id facito, dum modo ab aliis quacumque fide prolata, vere, hoc est, bona fide a nobis producta fatearis. In argumento historico, et a medica professione alieno versamur: eaque propter ab aliis dicta, collecta et observata amplecti cogimur. quae si falsa fuerint, ut nostra meretur reprehensionem credulitas, sic fides excusatione digna est. Non omnia possumus omnes. Collectoris munus est, bona fide aliorum dicta scriptaque recensere, et veritatem Relationis, ut ita loquar, potius quam Rei spectare atque sequi.” Zwinger (1586), sig. [\*\*5]v.

Ch. 4, note 40

“Quae vera uni, alteri falsa: quae tibi bona mihi mala videbuntur: ut si singulorum iudicia velimus expectare, perpetuo post tabulam cum Apelle latendum sit.” Zwinger (1586), sig. \*\*5v.

Ch. 4, note 41

“Italo Italica, Germano Germanica, Scythae placent Scythica. Dum igitur omnium commodis consulimus, omnigena quoque colligenda fuere Exempla. Quae tu forte ut exotica aversaberis, alteri vel maxime arridebunt. Proinde e publico agro fruges aliis profuturas, tibi licet parum iucundas, extirpare noli: nisi forte tibi soli natos putas caeteros.” Zwinger (1586), sig. \*\*3v.

Ch. 4, note 42

“In horto Patavino (cui nostro tempore Alysius Anguillara Rom. in plantarum cognitione exercitatissimus: nun vero Melchior Guilandinus Borussus et eruditione et peregrinationibus clarissimis, magna cum laude praeest) non modo nobilissimae plantae seruntur, sed in studiosorum gratiam ignobiles etiam et plebeiae.” Zwinger (1586), sig. \*\*4v.

Ch. 4, note 43

“[Q]uod nulla est tam vilis herba, quae non praestantem aliquem in se contineat usum.” Zwinger (1586), sig. \*\*4v.

“Vetera ob aetatis praerogativam non parum maiestatis secum trahunt. Recentia sensus nostros magis feriunt, et plurimum in movendo possunt, praesertim domestica. Quae rara sunt, ipsa novitate et insolentia commendatur. Vulgata vero, non secus atque proverbia, usu et consuetudine auctoritatem acquirunt.” Zwinger (1586), sig. \*\*4r.

“Si vero (quod omnibus eximie conandum est) aliorum exemplo ad agendum et operandum accenderis, Theorica, Practica, Mechanica tibi occurrent, quae vel imitando exprimas, si bona sint, vel tanquam mala detesteris atque fugias.” Zwinger (1586), sig. \*\*\* 6v.

Ch. 4, note 44

“Eheus tu quisquis in hanc caveam spectandi causa descendisti, non heic Romani curionis ligneum versatile, sed chartaceum portatile Zwingeri subis Theatrum, opus ut quam dicam brevissime et planissime plus quam laboriosum. In quo si tituli insolentiam, si exemplorum delectum, si fidem historiae, si dispositionis ordinem reprehendes, atque adeo in publica domo nec mutus eris, neque surdus: ecquis enim in tanta viventi licentia tuam frenarit libertatem? Esto sane.” Zwinger (1586), sig. \*2v, dedication (before the proscenium).

Ch. 4, note 45

“Comme je fais profession de ne rien dire de moy même, je n’ay pas sujet d’apprehender qu’on m’oblige de repondre de la solidité et de la verité de tous ces Jugemens. Je ne me crois responsable que de la fidelité avce laquelle je les represente, et pour donner plus de lieu de voir si j’impose à quelqu’un, j’ay eu soin de mettre à la fin de chaque article les citations exactes de ces témoignages. ... Ainsi mes Auteurs pourront parler pour eux-mêmes, sans que je me trouve engagé à prendre le parti et les interests d’aucun d’eux, ny à soûtenir leurs sentimens. De sorte qu’il sera libre à chacun des Lecteurs en particulier de se faire impunément le Censeur de ces Critiques avec autant d’autorité que ceux-cy en ont pris pour censurer les autres, ou de se mettre de leur nombre, ajoûtant son sentiment au leur.”  
Bailliet (1685), I, sig. a[9]r-v.

Ch. 4, note 48

“Itaque ut a *prima ordiar pueritia*: scito me vix *octavum annum agentem*, eo jam excerpenti ardore quasi naturali stimulatam fuisse, ut nemine auctore, sponte mea PRECATIONES ex libris etiam a nutrice mea mutuo petitis, *ad alphabeti seriem* ordinatas exscriberem. Vide annon hic instinctus jam tum ad usus admodum egregios potuisset, directa iudicio aliquo maturo puerili sedulitate, converti? Quod tamen quo minus factum sit, neque Parentis mei pia memoriae laudatissimi, atque hac in parte nihil neglecturi, neque praeceptorum culpa, sed meae qua industriam hanc ipsis occultabam, imprudentiae habeo imputandum. Itaque puero nihil excerpendum in scholis quidquam est datum, nisi quod phrases, uti vocant, praecipuas latinas, atque voces Graecas, ea qua sese tractantibus auctores bonos srie offerebant, enotare jubebar, relegendas deinde saepius, ut memoriae infingerentur, non vero unquam ordinandas, ut excerptorum aliquo volumine asservarentur. Postquam autem vere Anno salutis reparatae 1656. *aetatis* vero meae *decimo quarto*, Hamburgensi Gymnasio adscriptus, libertatem aliquam meo genio in studiis versandi majorem sum adpetus: erupit illico pressus hucusque Excerpti nativus instinctus, instar ignis tanto violentiae majori flammam eruotantis, quanto contra naturalem impetus sui agitationem diutius olim arctiusque inclusus, in liberiores tandem auram eluctans, cum fumo flammam et scintillas latius spargit. Quamvis enim primo etiamnum semestri, vivo beato parente, ac praefectore privato bis hebdomade qualibet ad nos visente, atque rationem studiorum exigente, cogere horas publicarum lectionum quotidie quinas, et privatas insuper aliquo assiduo frequentare, quodque supererat stylo exercendo, ediscendis aliquibus etc. impendere: tamen ipsa illa aestate adhuc ordiebar *Excerpta* variam TABELLARUM GENEALOGICARUM qua *historicarum* ex libris variis, qua *Mythologicarum*, sive fabulosarum ex Natali Comite collectarum. ... Postquam vero sub autumnum illius anni, subsecuta mors praematura beati parentis, et hinc praefectoris privati remotio, plena mihi libertatem concessit, *lecta Drexelii aurifodina*, et consulto Dno. *Michaele Kirstenio*, Matheseos tunc Professore Publico, qui cum fratre meo me una bis singulis hebdomadibus hora integra in stylo soluto, ligatoque, vere A.C. 1667. admittebat erudiendos, atque spe tradendi de optima excerpti ratione praecipua peculiaria, mirum in modum exhilaraverat, aegre mihi a multis excerpti propositis voluminibus, et argumentis temperabam, in chartas interim sparsa, futuro thesauro praecipua nonnulla collegisse contentus. Donec impatiens dilationum, quibus diem de die trahebat, immaturitatem iudicii meam prudenter considerans D. Kirstenius, ausu meo, nihil ipsi aut cuiquam ea de re significans, adornare coepi *Volumen vastum Alphanumericum in*

*quarta*, uti vocant, *forma*, SENTENTIARUM ET EXEMPLORUM, quibus *Langii Florilegium* mihi sufficere non videbatur, colligendae farragini. Ubi statim in eo *peccabam*, quod ad instar *Langii sententiis exempla jungens*, folio ad dimidium complicato, interiori cuique dimidiae paginae sententias, exteriori vero exempla, titulis vel pagina una singulis, vel binis, prouti fertiliores aut steriliores fore praesumebantur, collocatis subscriberem. Unde statim impari copia, modo sententiarum, modo exemplorum oborta, exemplis quandoque deficientibus, quandoque titulorum numero molem sententiarum indistinctim et promiscue congestarum valde superantibus, relinquebatur vacuum communis tituli parte paginarum altera saepe aliquot foliorum. Praeterquam quod *puerili iudicio titulos exemplorum formans, et inania*, nec nisi chriis conscribendis et effarciendus apta colligens, operam totam ludebam.” Placcius (1689), 190-93.

Ch. 4, note 49

“Unde poenitudo et nausea hujus mssae tam inutilis, quid mirum, si demum est oborta.” Placcius (1689), 194. A long description of his various works follows, pp. 194-226.

Ch. 4, note 50

“Qua sane nec opus habere videtur opus tam vendibile futurum, ut si fami aut lucro scriberem, aliud nullum prae manibus mihi capiendum aequae censerem.” Placcius (1689), 199.

Ch. 4, note 51

“Nimirum praeter alia leviora, nunc brevitatis ergo praetereunda, et ex generalibus monitis mox agnoscenda, vel ni agnoscantur etiam, minus nocitura fortassis errata, peccatum est in hoc a me multo maxime. Quando

1. *Praemature nimis, sine iudicio* excerpere multa *properavi*, ad quae iudicium aliquod solidius requirebatur.
2. *Nimis multa* in universum *excerpsi*, etiam in iis, in quibus praevidere debuissim, mihi non multum immorandum, adeoque dein usum eorum nullum plane futurum. . . .
3. *Nimis etiam minute*, mihi sunt et *inarticulate*, imo *dimidiatis pleraque vocibus, et lemmatice* tantum exscripta: proin nec aliis etiam impertienda, quibus usui esse possent.
4. *Magis aliena quam propria*, maxime, primis annis habeo constipata: non secus ac si ex alienis potius quam propriis meditationibus esset vivendum, et eruditio potius ex opinionum alienarum cumulibus, quam recte cogitatorum solidis fundamentis constaret.” Placcius (1689), 226-27.

Ch. 4, note 53

See passage quoted above Ch. 4, note 31.

Ch. 4, note 55

“Idque ut facilius et citra ullam vel rerum mearum iacturam, vel laboris frustrationem possim facere: pro summo suo in Rempublicam literariam, studio non libros mihi solum et sumptus necessarios, sed etiam operi absoluto Soceri sui Josiae Rihelii, Typographi, perpetua memoria dignissimi, praelum et impensas liberalissime pollicebatur. Permovit me cum liberalis optimi viri oratio, animusque ad publica commoda propensus; tum etiam non

obscura rei ipsius utilitas, ut ad confectionem descripti operis meam opellam petenti haud invitus addicerem.” Lange (1662), “to the reader,” sig +5 r; also Lange (1598), sig. [\*\*6]r.

Ch. 4, note 56

“Indicem hunc Fabularum, Emblematum et Symbolorum; arduo quidem, utili tamen labore, ab ornatissimo adolescente Iohanne Philio, Franco, nobis instigantibus, collectum, Florilegio nostro adiungere voluimus. Quod enim opusculi huius perfectio magnopere videbatur exigere, ... id cum portentosa chartarum moles, tum vero temporis ad procudendum concessi angustia vehementer respuebat.” Lange (1662), sig CCCC1r; also Lange (1598), sig. Aaaaaj recto.

Ch. 4, note 57

“Quod vero ad celebrem typi praestantiam formaeque elegantiam ac literarum varietatem et ornatum attinent nihil est quod desiderari possit, et haec quidem sedulae curae vigilantiae, ac singulari diligentiae D. Ioannis Guerilij ascribendum, qui cum ad hoc, tum alia excudenda opera, nullis unquam sumptibus, ut neminem fugit, parcendum ducit, quo viros peritos ad subeundum et compositionis et correctionis onus, adhiberet, quamobrem inter celebriores huius inclytæ urbis Typographos summe colitur, eiusque opera inprimis quaeruntur, emuntur et admirantur.” *Nova Polyanthea* (1607), sig. [a3]v.

Ch. 4, note 59

“[E]n celà nous n'avons eu esgard que pour satisfaire à notre principal dessein qui estoit de nommer toutes sortes d'Autheurs tant doctes qu'ignorants: et la difference que nous avons faite entre ces deux sortes d'hommes est telle, que nous louons les sçavants (selon leur merite), et quant aux autres nous les passons soubz silence, et nous ne disons chose d'eux qui soit à leur blasme ou des-avantage: Car nous récitons seulement leurs oeuvres et compositions, nous reservant à en donner nostre iugement autre-part.” *La Croix du Maine* (1584), preface, sig. avii verso.

“Celà n'est que comme un avant coureur des autres volumes, que i'ay escrits sur toutes sortes de matieres ou subiects, desquels le nombre est infiny, et presque incroyable. Car si ie dy qu'il y en a plus de sept ou huit cents non seulement encommencez, mais presque achevez, i'ay peut que lon ne veuille adiouster foy à mes propos, toutesfois i'en peux tousiours faire preuve à ceux qui la decroiroient, en leur monstrant ce que i'en ay de fait.” *La Croix du Maine* (1584), dedication, sig aij r.

“Le Troiesime volume est des Escrivains en Latin, natifs de la France et des Gaules, lesquels sont en nombre de 5. ou 6. mille, sans faire mention des autres volumes qui en dependent encores. Et quant est des maisons nobles de France, (qui est l'oeuvre que ie mettray en lumiere apres les susdits, si vostre Maiesté ne me commande de faire du contraire) c'est celuy de la Noblesse de vostre Royaume, à la composition duquel i'ay usé de telle diligence, pour rechercher toutes les maisons qui ont tiltre ou qualité de Noble, que i'en ay des recueils de plus de vingt mille, lesquels i'ay mis par ordre d'a, b, c. pour ne fascher aucun, quand ie les feray imprimer.” *La Croix du Maine* (1584), dedication, sig. a iij r.

“Donq pour conclure, ie peux dire et soustenir celà estre vray, que aucun de tous les hommes vivants, ou bien encores de cuex qui sont morts, n'a iamais escrit en particulier tant de livres pour la France, et ce qui concerne les affaires ou estat du Royaume, et les



choses dignes de demeurer en perpetuelle recommandation, pour en estre capables, et le meriter en toutes sortes, comme i'ay fait.” La Croix du Maine (1584), sig. a iij verso.  
 “Et sur ce propos ie repeteray ce que i'ay dit autre part, c'est que cet advertissement fut mis en lumiere l'an 1579. et en feiz imprimer 350. exemplaires, à fin d'en envoyer à tous, ou la plus grande partie de mes amis, tant François qu'estrangers, et m'asseure que plus de dix mille hommes ont veu ce Discours, qui est cause ie ne me veux icy arrester à en parler davantage. ... Et quant est de moy, voyant que tout ce que i'avois mis en avant estoit encores plus reiecté que n'estoit l'offre que fist Chrestofle Coulon, de faire une conquete des pays et terres incogneues, celà m'a fait attendre ou sursoir iusques à maintenant, pour monstrier les effects de la chose avec la promesse tout ensemble.” La Croix du Maine (1584), preface, sig. av verso.

Ch. 4, note 69

“Diligenter enim curavimus ut loca omnia in quibus esset aliqua erroris aut haereseos suspicio tolerentur, ne quem lectorem Christianae fidei offenderent: quia hoc imprimis curandum a nobis ipsis censuimus, ne quid verae et catholicae fidei vel latum quidem unguem repugnare videretur. Si quae tamen maculae aut naevi adhuc supersint qui videantur opus habere aliqua censura, haec omnia doctorum calculis subiicienda et examinanda relinquimus, quippe qui nulli errori manifesto vel etiam leviori nomen dare consulto velimus. Sed sit in tam spisso vastoque corpora quaedam labes, nihil quidem mirum, cum in opere tam vario longoque fas aliquando fuerit somnum obrepere.”

Zwinger (1571b), sig. aiiv.

Re Verrutius and the new index: “Caeterum te latere nolim quid quantumque speciatim hoc in opere augendo perficiendoque contenderim: cum enim rerum ac verborum indicem tantae moli respondentem et necessarium (in editione quidem Basiliensi promissum, sed minime praestitum) requireret, idque studiosi omnes quorum maxime referet, communi unque voce certatim efflagitarent, diu multumque lustravi et undique perquisivi cui eas partes commode demandarem: non enim cuiusvis esse perscipiebam, sed eius duntaxat qui et ingenijs dexteritate et iudicio aliquo valeret. Ad extremum tamen mihi permultum hac de re sollicito tempestive sese obtulit vir industrius et doctus Hieronymus Verrutius iuris studiosus, suamque hac in parte operam ad utilitatem publicam ingenue pollicitus est, quam studio laboreque singulari praestitit in indice locupletissimo huic opera accurate concinnando, sicque perficiendo [sic] ut exela omnia in Epistomen contracta, propria nomin et alia quaecunque ex historia desiderarai possint, ordine alphabeticum exhibeat et Summae cuiusdam vicem quodammodo praestet.” Zwinger (1571b), sig. aiii recto.

Quotation from: “Quod et iis qui libris abundant, et iis quibus angustiores sunt copiae commodissimum futurum est, ut comparatu facilius: a quo superioribus annis revocari potuere, quod huc advecta nobis Basilea exemplaria carius venalia esse nemo eorum non sciret. Quare publicar utilitate non leviter inflammatus, et in rem literariam probe animatus, nefas esse duxi hanc diutius studiosis commoditatem denegari.” Zwinger (1571b), sig. aii v.

Ch. 4, note 71

“*Theatrum Vitae Humanae* nunc post primam editionem plus myriade exemplorum auctum, methodice digestum, recognitum, atque a censoribus Galliae Belgicae expurgatu,

correctum ac approbatum. Accessit elenchus triplex, methodi scilicet, titulorum, et exemplorum. Cum privilegio Caesareo ad decennium et gallorum regis ad septennium.” Zwinger (1575).

This sentence was dropped in 1575 that appeared in 1571: “Omnium studium, industriam, artem, nostro hoc seculo in historica Ecclesiastica, quam a solo natali Magdeburgensem vulgo dicunt, superarunt Matth. Flacius Illyricus, Joan. Wigadus, Matthaeus Iudex et Basilius Faber, qui a nato Christo ad nostra usque tempora res gestas sacras ex probatissimis authoribus descriptas, in Titulos certos diviserunt et quid in historiarum lectione observandum esset, luculenter ostenderunt. Quorum praeclaris et eruditis laboribus boni omnes favere debent: qui possunt, etiam imitari.” Zwinger (1575) and Zwinger (1571a), 11-13. The extra space in 1575 was filled by a looser composition in the preceding pages; the typesetting matched at the top of page 11 and the bottom of page 13.

Ch. 4, note 72

“Illud interim vere et ingenue testari possumus, non tam de lucro nos (quod iniquus aliquis calumniari posset) quam de Reipub. literariae commodis sollicitos, Opus tam difficile, tempore omnium calamitosissimo, feriantibus caeteris et de morte potius quam de salute Reipub. cogitantibus, suscepisse: atque illud Dei opt. max. benignitate, ad optatum finem perduxisse. Errata interim, quae in tam operoso Opere invitis etiam contigerunt, pro recepto more hic annotare decuisset: nisi ea nos spes solaretur, quod tanta non sint, quin a quovis non indocto corrigi et emendari queant.” Zwinger (1565), sig. FFF[5]r.

Ch. 4, note 73

“Hoc enim certo statuere debes, nos in Isocrate et Demosthene non magnatibus, qui ocium legendi sibi esse negant, non doctis, qui et graecos authores habent, et conversiones contemnunt, laborare, sed ludimagistris semidoctis et scholasticis utriusque linguae studiosis et nondum satis peritis.” Steinmann (1969), 139. Correction (to text p. 195, l. 7 from bottom): the editions would not appeal to the magnates who deny having the leisure to read, nor to the scholars, but the semi-learned and those still learning and insufficiently skilled. “Concordantiae vestrae excreverunt in nimiam magnitudinem, ut et precio et mole gravent lectorem, cum propter maximum usum deberet esse opus tum parabile tenuibus tum etiam valde tractabile, ut quod valde crebro in manu sumere ac deponere necesse est.” Steinmann (1969), 183.

Ch. 4, note 74

“Verum enimvero ad aes alienum redeo, cuius obex vel maxime impedire nos videtur. Sed ita sit, Wenn einer ein mal verschreyt ist, aegre tum existimationem pristinam recuperaverit. ... Et quia Mechlerus praecipue (qui suppeditare mihi aliquot iam annis pecuniam, quam Francfordiae a me reciperet, consequit) ab Hervagianae obitu dare amplius renuit, quia et genero suo Aurelio et Brando affini impendit: reliqui etiam deterriti, ad suppeditandum aliquid tardiores sunt effecti.” Steinmann (1969), 189-90.

Ch. 4, note 75

“Ut mirari saepe mecum ipse soleam, primam editionem tam rudem et impolitam tanto fuisse applausu exceptam.” Zwinger (1586), sig. \*\*\*5r.

Ch. 4, note 76

“An. 1587. C.S. Danieli Ulhardo Basil. typograph. operar. Compos. solertiss. Theatri Vitae Hum. tertiationi, Magni illius Theod Zwingeri, immortuo, Uxor cum Liberis m.p. B. an. XXXVII θ. An. Chr. MDXIIIC [1587]. IV. eid. April.” Tonjola (1661), 136, section for “Parochiae Sancti Petri.” See also Gross (1625), 140. Although I do not know what “B.” stands for (Benedictus for blessed with so many years?), I can confirm that it refers to the age at death, given its use in other cases, for example concerning Theodor Zwinger: “B. annos LIV M. VII. D. IIX,” 54 years, 7 months and 8 days, in Gross (1625), 131.

Ch. 4, note 78

“Dum privata pietate, tum vero inprimis utilitate motus publica, magno animo provinciam hanc suscepi et in spaciosissimo campo, a nemine ante tam ampla circumscriptum indagine, quantum potui, minus certe quam debui, vel laboris vel diligentiae impendi.” Zwinger (1586), sig \*\*\*5r.

Ch. 4, note 79

“Cognitio vero duobus κριτηριοις tanquam cruribus firmata, quorum vis in omni conatu et effectu necessario requiritur, ex subiecti diversitate, quod vel per se et extra intellectum, vel certe in intellectu est, nunc huius, nunc alterius praesidio magis nititur: ita quidem, ut Sensuum praesidio, inter quos Visus principatum obtinet, Historiam, hoc est, Singulorum notitiam persequatur: Rationis adminiculo Theoriam, sive Universalium naturam contempletur. Haec Praeceptorum, illa Exemplorum nomen obtinent.” Zwinger (1586), sig. \*3r.

Ch. 4, note 80

“Historia vero eorundem Exempla particularia profert, tanto efficaciora, et ad movendum aptiora, quanto sensus rationem evidentia et certitudine superare videtur.” Zwinger (1586), p. 1580. Cf. “Longum iter est per praecepta, breve et efficax per exempla.” Seneca, *Epistles*, I, 6.

Ch. 4, note 81

“Ergo idem Historiae finis, qui Theoriae: partim ad veritatis apprehensionem conferens, partim ad boni possessionem. Exempla proinde humanae historiae, viginti novem Voluminibus Theatri huius comprehensa, primario et per se Contemplationi philosophicae inserviunt, tum Physicae et Medicae, tum Metaphysicae seu Theologiae, tum Mathematicae, tum Mechanicae et maiore sui ex parte Ethicae, Politicae, Oeconomicae: unde Experientes nomen suum trahunt. sicuti ob praeceptorum cognitionem Sapientes dicuntur. Secundario vero Actioni: quatenus exemplis hisce instructi, per epilogismum quendam ad similes actiones physicas, medicas, mathematicas, theologicas, ethicas, mechanicas, instruuntur et accenduntur, atque ex his ipsis Artifices boni vel mali nuncupantur. Historia igitur humana et Experientiae in cognoscendo, et Arti in agendo confert. Fines hi sunt gemini, brevibus circumscripti terminis, sed usu maximi et amplissimi.” Zwinger (1586), sig. [\*\*\*6]r.

Ch. 4, note 82

“Non vetustate tantum, sed varietate et copia commendantur historiae: atque ut humanam universitatem non qui fuerunt tantum, non qui nunc sunt, non qui erunt olim homines constituere dicuntur, sed omnes simul: ita, quod tamen optare potius quam sperare licet, omnibus omnium hominum, qui a primo mundi ortu ad excidium usque vixerunt, actionibus et passionibus in unum collatis, perfectum demum et censoriae illius coram iustissimo Iudice panegyris aliqua ex parte aemulum foret Theatrum.” Zwinger (1586), sig. \*\*3v.

Ch. 4, note 83

“Aeterno rerum universitatis auctori rectori iudici Iehovae Trino et uni.” Zwinger (1586), sig. \*2r.

Ch. 4, note 85

“In Theatrum Vitae humanae, ad nobiliss. Weitmoseros Fratres, Christophori F., Ioannem, Christophorum et Esaiam, Dominos in Winckel et Falckenstain. ... Superest, ut vos WEITMOSERI generosissimi, nostras hasce vigilias, quas nomini vestro dedicare placuit, animo benevolo suscipiatis. Nam cum in celeberrimo Patavino gymnasio ante annos sex fere (vos potissimum, IOANNES et CHRISTOPHORE, appello) iucundissima vestra familiaritate mihi frui contigerit, eo solo nomine, quod Ioan. Oporini typographi Basiliensis sororis filius essem.” Zwinger (1565), 3, 30.

“V. et H. Ioannis, Christophori, Esaias Weitmoserorum, Christophori viri clariss. filiorum uti fortunae, sic pietatis et magnificentiae paternae, diis hominibusque approbantibus, haeredum et successorum Vinkeli et Falckenstani Dominorum, T.Z. ... hocce Theatrum humanae historiae bibliothecam musarum altoribus atque alumnis animo grato.” Zwinger (1571a) and (1575).

“Munificentia tamen Ioannis, Christophori et Eliae Weitmoserorum fratrum, Christophori V. CL. filiorum, dominorum in Vinkel et Falckenstein, primum ad iterandum, subinde etiam assidua studiosorum hominum congratulatione et admonitione, ne, quod Hesiodus vetat ... ad Cyclopeum hunc laborem tertium accesserim.” Zwinger (1586), sig. \*\*\*5r. [note Elias in 1586 rather than Esaias; compare Zwinger (1575), 28 for the reference to Hercules, without mention of the Weitmosers]

Ch. 4, note 86

“Humanae Univeristatis nobile Simulacrum Timoris Honoris et Amoris divini emblematis insignitum Trisagio illius Numini Maiestatique devotiss. ortu Servus, adoptione Filius Exilij mundani Interusurium fideliter humiliterque representat.” Zwinger (1586), dedication page.

Ch. 4, note 88

“Hast du vil/ rum undt er/ erjagt das/ als welt von/ dier eracht/huett/ dich steig/ nit gar/ Zu hoch/ das du/ nit aber/ falsst her / noch.” Kunstmuseum Basel (1984), 94.

Ch. 4, note 89

“In summitate Cochleae [winding staircase at the entrance]: Hasce Aedes DEO TRINO ET UNO bene fortunante THEOD. ZWINGER. ET VAL. RUDINA Conjuges S.S.Q. usui suis sumtibus accommodabant: Quod si vero, ut sunt humana, etiam aliis, nec praeter votum sane, nec praeter exspectionem: Tu modo quicumque, quandocunque, quomodocunque vel

successor eris, vel possessor, aliena dum licet insania citra insaniam perfruere, hujusque speculae invitamento suspice despecturus, despice suspecturus. ὄρω καὶ εἰρεσῆ 1573.” Gross (1625), 476.

Tycho Brahe’s motto: “Despiciendo suspicio; suspiciendo despicio.”

<http://www.hps.cam.ac.uk/starry/tychoastrol.html>

“Remigio ventisque secundis,” translated from Odyssey XI.640, was also present in near-contemporary emblem books, such as Gabriel Rollhagen, *Nucleus emblematum selectissimorum* (Cologne, 1611), #13.

Ch. 4, note 94

“M. Ravaud a acheté à Paris les manuscrits de Cardan pour la somme de 2000 livres. Je ne sçay si cela vaudra la peine d’estre mis au jour. Il faudra maintenant qu’ils ramassent aussi toutes les pièces du même autheur qui ont été imprimées. Je crois que le tout ensemble fera autent de volumes que le *Theatrum vitae humanae*.” *Lettres inédites de Charles Spon à Guy Patin*, in Pierre Pic, *Guy Patin*, 206 (21 November 1656), as quoted in Maclean (1994), 330-31.

Ch. 4, note 97

“In illo utero ita comendo atque exornando, quinque homines diversis locis ac temporibus (singulo pro suo modulo) ita elaborarunt, ut ad eam perfectionem, in qua nunc orbi apparet, perduceretur, adeo ut *Primus* fundamenta iecerit; *Secundus* aedificium ipsum erexerit ac formarit; *Tertius* idipsum non nihil auxerit, atque expolierit. *Quartus et Quintus* tandem extremam manum atque Colophonem, tam vasto operi addiderint. De quibus singulis (nulla fidei aut religionis, sed tantum laboris atque industriae ratione habita) pauca quaedam, pro institutae a nobis praefationis munere praelibanda esse visa sunt, ut quibusnam, quantisque viris hoc tantum opus acceptum referre debeat, ad excitandam pro susceptis laboribus benevolentiam ac futurae posteritatis gratitudinem, aliquo saltem modo, Benevolus Lector intelligat.” Beyerlinck (1666), proscenium, sig. e2r.

Ch. 4, note 98

“QUARTUS, qui novum ex veteri, ac duplo etiam maius Vitae Humanae Theatrum, omnibus suis numeris absolvit, fuit admodum Reverendus, ac doctissimus Dominus, Domnius Laurentius Beyerlinck. ... QUINTUS ac postremus, qui hanc, etiam quintam et postremam editionem praecipue direxit, fuit Antonius Hieratus, ex dioecesi Coloniensis oriundus, atque urbis Coloniensis Senator, ac Bibliopola, per multos annos celeberrimus.... Erat enim vir admodum industrius ac laboriosus, et qui res omnes, paulo maioris momenti praesertim, et diu diligenterque secum ipse perpendebat et de iisdem cum variis amicis, quos in eo genere peritos, versatosque suspicabatur, sedulo atque accurate conferebat. Unde etiam factum, ut varia diversorum Auctorum opera, et numero multiplicia, et mole ingentia, cum magno suo, ac Republicae litterariae commodo, intra annos non admodum multos, feliciter impresserit, adeo ut communis quasi diversarum artium ac scientiarum PROMUS, CONDUS, iure merito appellari possit.” Beyerlinck (1666), proscenium, sig. e2v-[e3]r.

Ch. 4, note 99

“Denique quod ad hoc Theatrum peculiariter spectat, cum Basileensis Theatri editione, partem aliquam iure haereditario haberet, videretque illud propter errores quosdam a

Catholicis notatos in Hispaniam praecipue atque Italiam transmitti non posse, exemplaria, quae ipsi supererant, Francofurtensi cuidam Typographo distraxit, iure tamen suo, ut THEATRUM aliud (si ipsi luberet) posset conficere, sibi reservato. Quo ex tempore animum ad novam THEATRI editionem adiecit. Inde communicato cum variis amicis, per familiaria colloquia, aut per litteras ultro, citroque datas, consilio tandem cum admodum Reverendo Domino Laurentio Beyerlinck etc de opere incipiendo ac perficiendo, convenit ea conditione, ut quae ex antiquo THEATRO, sine ulla erroris suspicione ac nota retineri possent, servarentur. 2. Deinde, ut quoniam multi, accuratam illam methodum in re historica minus probabant, in titulis ordinandis ordo Alphabeticus servaretur. 3. ad vitandam morosam exscribendi molestiam, ut libri correcte impressi conscinderentur, ac particulae variae ad editionem futuram accommodatae chartis quibusdam in magni voluminis speciem dispositis affigerentur. Qua in re admodum liberalem se, ac magnificum, in variis sumptibus faciendis, Antonius Hieratus exhibuit, neque ulli labori pepercit, donec quod animo, circa huius Theatri editionem destinarat, plane perfectum absolutumque videret. Et haec quidem Antonius Hierat, quoad rem Typographicam praestitit, magno (ut ante dixi) suo ac Republ. bono pluraque praestitisset, si ei vitae usura diuturnior obtigisset. Interim tu hisce eius laboribus, *Benevole lector*, utere, fruiere, atque animae eius, qui de Republ. litteraria tam praeclare meritus est, bene precare.” Beyerlinck (1666), proscenium, sig. [e3]v.

Ch. 4, note 102

“Le *Theatrum vitae humanae* est de vrai un fort bon livre; mais je doute du débit de votre libraire; car s’il le prend sur la dernière édition de Cologne, elle est toute châtrée de ce qu’il y avoit de ça et de là contre les prêtres et les moines; s’il la prend de l’ancienne il est à craindre qu’on ne lui fasse la même chose que vos jésuites ont faite à M. Huguétan sur son *Alstedius Encyclopedia*.” Patin (1846) I:196, p. 394. Interestingly, the 1649 Lyon edition of Alsted’s *Encyclopedia* has not been observed to be different from the 1630 original; so it is unclear what Patin thought the Jesuits had done to Alsted’s text. I am grateful to Howard Hotson for his expertise on this point.

Ch. 4, note 103

“ARTIUM CONCERTATIO  
LEO X. PONT. MAX.

Non tantum liberalium Artium scientiam habuisse quibusdam gloriae et laudi datur; sed et eam tempore et loco depromsisse. Exemplo sit LEO X PONT. verus Musarum patronus, qui serijs et gravissimis suis negotiis gaudia quandoque et ludicra interponens, versibus ex tempore cum Camillo Querno, qui se Archipoetam iactabat, certare poterat. Dum namque mensae Leonis de more adstanti, pensum persolvere duorum carminum, foret imperatum; ilico in hoc erupit: *Archipoeta facit versus pro mille poetis*. cumque ad secundum haesitaret, inexpectato LEO hoc pentametrum subiunxit: *Et pro mille alijs Archipoeta bibit*. Quernus vero dum se recolligens subijceret: *Porrige quod faciat mihi carmina docta Falernum*. LEO repente a Virgilio mutuatus, Quernum, quod prae nimio potu podagricus esset, illudens, conclusit: *Hoc etiam enervat debilitatque pedes*. Iovius in Elog. et Theatrum vitae hum.

EOBANUS HESSUS POETA

Ille etiam cum Sinapio certamen iniit, uter distichon plurium pedum ex tempore depromeret; Sinapio hexametron proferente, EOBANUS ita orsus: *Mille boves pascunt*,

*vitulum millia mille, / Musca super vitulum quemlibet una sedet. / etc. En victor abeo, inquit: nihil enim referet metricine pedes essent, an vero ζωτικὸν intelligerentur.* Theatr. vit. hum.” Beyerlinck (1608), 66-67. These passages appear in Zwinger (1586), 1160 and 1165 respectively.

“BONUS VIR.

CLEMENS ALEXANDRINUS.

Raram avem in terris producimus in medium, VIRUM BONUM: de quo rogatus aliquando CLEMENS ALEXANDRINUS, quid sentiret; *Eum*, inquebat, *hoc nomine appellari posse existimo, qui paucissima desiderat.* Semper enim inops quincunque cupit. Theat. vitae humanae.” Beyerlinck (1608), 92-3. I have not yet located this passage in Zwinger’s *Theatrum*.

Ch. 4, note 104

“Iamque commodum, opus hoc totum absolverat, praeter Indicem, qui tamen ab alio, etiam SS Theologiae Licentiato suppletus est, cum supremus Imperator.... Athletam suum ... evocavit, dignum quidem (quoad Rempubl. Christianam) longiori vita, ut alia quaedam opera, quae animo destinarat, perficeret, atque inter alia *huius THEATRI Compendium*, unico volumine contentum.” Beyerlinck (1666), vita auctoris, sig. iv.

Ch. 4, note 105

“Catalogus imperatorum regum et virorum illustrium qui artem Astrologicam exercuerunt et ornarunt, Henrici Ranzovij opera potissimum concinnatus,” and “Admonitio circa praedictiones astrologicas ... ex iisdem lucubrationibus.” Beyerlinck referred quite precisely to: Henricus Ranzovius, *Catalogus imperatorum regum et virorum illustrium qui artem Astrologicam amarunt, exercuerunt et ornarunt* (Leipzig: Georgius Defner, 1584). Beyerlinck (1631), A564, A575.

Ch. 4, note 106

“Hoc adagiorum opus eruditum. varium. plenum bonae frugis, et quod possit vel cum ipsa antiquitate certare, intermissis antiquis autoribus quod paraveram excudendos, illud curavimus imprimendum, rati profuturum vobis et multitudine ipsa adagiorum, quae ex plurimis autoribus tam latinis, quam graecis studiose collegit summis certe laboribus, summis vigiliis, et multis locis apud utriusque linguae autores obiter vel correctis acute vel expositis erudite.” Erasmus (1508), title page.

“Erasmi Roterodami proverbiorum chiliadas, ex omni veterum autorum genere, summis vigilijs, summoque ingenio, collectas.” Erasmus (1515), 633 (exhortation of the printer to the reader).

Ch. 4, note 107

“Nam si indoctis non placeo: nihil est quod querar: habeo enim quod optavi: bonam de ingenio meo spem.” Nani Mirabelli (1503), sig. aiiiv.

“Multarum sane vigiliarum munus exquisitum et solidum.” *Polyanthea* (1567), dedication, sig ()2r-v (and quotation in Ch. 4, note 26 above).

“Qui in rerum agendarum studio versantur, vir nobilissimus ijs nihil gratius ut iucundius accidere potest ... quam posteaquam labores suos et vigilias ad unius Reipublicae

commodum converterunt, eas nequaquam irritas fuisse, postmodum experiuntur.”

*Polyanthea* (1574), dedication, sig. ()2r.

“Speramus tamen adolescentibus studiosis, aliisque bonis viris ita labore nostra satis factum iri, ut, si non magni ingenii et exquisitae diligentiae laudem (quam quidem ex hoc opere nec meremur nec affectamus) illi nobis velint tribuere.” Lange (1662), ad lectorem, sig. [+7]r-v; also Lange (1598), sig. [intertwined flowers]ij verso.

Ch. 4, note 108

“Vicit tamen omnes molestias et impedimenta labor improbus, et Reipub. literariae promovendae ardens desiderium.” Zwinger (1565), typographer to the reader, sig. epsilon 4v; cf. “Labor omnia vicit improbus,” Virgil *Georgics*, I, 145-46.

“Hinc Weitmoseros fratres quorum vel gratia vel munificentia ad Sisyprium hunc laborem denuo suscipiendum sumus adducti.” Zwinger (1571a), dedication.

“Quantum potui minus certe quam debui, vel laboris vel diligentiae impendi.” *Theatrum* (1586), sig. \*\*\*5r.

“Idipsum de hoc nostra THEATRO (quod nunc spectandum toti orbi post tot labores, atque impendia, proferimus) affirmare mihi posse videor.” Beyerlinck (1666), proscenium, sig. e2r.

Ch. 4, note 109

“Gaudeo profecto et gratias habeo immortalis Deo, quod ex isto labyrintho, qui me circiter triennium intricavit, tandem evaserim: et velut ex medijs pelagi naufragio, ubi nil quam pontus et aer, in portum redierim. Nunc laetus aspicio labores meos, et meminisse iuvat: ut qui descendere per altissimum et praeruptum montem, cum in imo iam sunt, conversi mirantur, et ipsi de arduo itinere superato sibi congratulantur.” Gesner (1545), sig. [\*6]r.

Ch. 4, note 113

“L’application qu’il eut au travail de son dictionnaire épuisa ses forces, et le jeta dans une langueur presque perpetuelle ...; il ne put recouvrer la santé, et demeura toujours infirme..... Alors il se résolut à la mort à la fleur de son âge. ... Il n’avoit que 37 ans et 3 mois, et l’on peut dire qu’il sacrifia sa fortune et sa vie au public, en s’attachant à un travail trop assidu, qui causa ses maladies, et lui donna la mort.” Moréri (1759), 7:778, article “Moréri.”

Ch. 4, note 114

“Proprium autem gravis viri est, statim ad rem properare. Et adhoc, opus est multa lectione: toto triduo ingens volumen devorantes, indicio opus est, pertrita vel parum utilia praetereundo, obscurorum expectare occasionem, obelisco signando.” Cardano (1643), ch. 39, 187; English translation (2002), 151. On cutting and pasting, see Ch. 4, note 148.

Ch. 4, note 116

“But since I neither had the time I might have desired to meet your wishes nor could I bring myself to let the friend who came from me be seen arriving at your home with hands quite empty, I gathered together from my note-books those observations on tranquillity of mind which I happened to have made for my own use, believing that you on your part requested this discourse, not for the sake of hearing a work which would aim at elegance of style, 465but for the practical use in living it might afford.” Plutarch, “On



the Tranquillity of the soul,” I, 464F in *Moralia*, tr. Frank Cole Babbitt (Cambridge, Mass: Harvard University Press, 1939), 6:167. As cited in Hadot (1998), 32.

Ch. 4, note 117

“Car qui auroit entendu combien i'ay esté pressé en cet ouvage, il admireroit peult estre celà, plus que toute autre chose, dont il aye ouy parler. Et à fin que i'en laisse quelque chose par escrit, non à autre intention que pour me iustifier à l'endroit de ceux qui ne demandent qu'à trouver à reprendre pour s'en prevaloir: i'oseray soustenir qu'il ne se trouvera point d'oeuvre tel que cestuy-cy qui aye esté imprimé de la façon. ... Car ie peux, asseurer qu'il ne s'est passé iour depuis le premier que i'ay mis cet oeuvre sur la presse qu'il ne m'ait esté de besoin de fournir aux Imprimeurs un cayer de copie, qui sont douze pages d'écriture, ou bien (pour le mieux donner à entendre) trois feuilles de grand paper remplies de douze faces ou costez de minute escrite de ma main, contenant chacune page plus de quarante lignes, et chacune ligne plus de douze syllabes, pour fournir à deux compositeurs qui travailloient sur ce livre.” La Croix du Maine (1584), sig. [avii]r.

Ch. 4, note 118

Letters by Pietro Maria Buoni da Rimini and Francesco Marcolini: “You send your books to press without having composed them, and the same day you begin to write, the books are printed” and “I understand, moreover, that you write books at the booksellers' request, just as artists paint figures. Some want you to give them this number of pages, and others that number of pages. Others tell you: Give me one for this price, give me another for that price, and you write them.” In Doni, *Inferni*, in *I mondi e gli inferni* (Venice: Gioliti, 1562), 279, 281, as quoted in Bolzoni (2001), 301.

Ch. 4, note 119

“Huic tamen libro magna intervenit calamitas. Nam cum exemplar eius subitum et tumultuarium multis esset locis deletum, inculcatum, transpositum, male scriptum, operae librarij in transcribendo saepenumero manum meam adsequi non potueunt, et fere toto eo tempore, quo excusus est liber aut exscriptus, lenta quadam morbi tabe me miserum in modum excruciantis, ac ne nunc quidem dimittentis laboravi: quo factum est, ut qui aliquas mendas aliorum auctorum delere voluerim, ultro segetem errorum in scriptis meis obseverim. Quo aequius est lectorem in plerisque ignoscere mihi, veniamque dare, et culpam in operas morbumque conferre, qui emendationem impedierit.” Turnèbe (1581), II, sig. s2v (just before cols. 416-17).

“Et cependant si en la massonnerie qui est ja faicte ils [les lecteurs] apperçoivent quelques fautes, telles qu'ont accoustumé d'estre en besongnes faictes à la haste, je desire qu'ils soyent avertis que le temps que j'ay osté à icelle, je l'ay employé en autres ouvrages tant Grecs que Latins.” Henri Estienne, *Introduction au traité de la conformité des merveilles anciennes avec les modernes, ou Traité preparatif à l'Apologie pour Hérodote*, avertissement, in *Apologie pour Hérodote*, ed. P. Ristelhuber (Paris: Isidore Liseux, 1879), I. Cited in Boudou (2002), 58.

Ch. 4, note 120

“Agnoscamus libenter et fateamur aperte, nos hac vice cum propter operis amplitudinem, et materiarum varietatem prope infinitam, tum etiam temporis angustiam et intercurrentium

maximarum plurimarumque difficultatem impedimenta, ne ipsis quidem nobis per omni potuisse satisfacere.” *Polyanthea* (1604b), typographus to the reader, sig. )(3r).

“Si quid praeterea vero, vel in serie titulorum, vel materiarum delectu, vel distinctione et ordine minus convenienter a nobis pertractatum deprehenderit, mi Lector, ipse homo, conditionis humanae memor esto, veniamque erratis facilem tribue.” Lange (1662), sig. 7r; also Lange (1598), sig. [intertwined flowers] ij verso.

“Quod vero reliquum erit spe bona ducimur vos lectores benevolos, nostros in hoc evulgando libro conatus, labores et sumptus grato ac liberali animo accepturos, et si quid mendi, vel in serie titulorum, vel materiarum delectu, vel distinctione, vel ordine sententiarum in Graecis, vel etiam Latinis deprehenderit, non voluntati, nec studio nostro id tributuros, sed humanitatis imbecillitati ac angustiae temporis (maxime quae adeo nos urgebat, et ipsis nobis haud satisfacere poteramus)tribuendum putaturos.” *Polyanthea* (1607), sig. a[3]v.

“Quod vero reliquum est, spe bona ducimur, Lectorem benevolum nostros in hoc restaurando opere conatus, labores atque sumptus grato ac liberali animo accepturum: si quid etiam in hac iterata editione vel in serie titulorum vel materiarum delectu vel distinctione et ordine sententiarum a nobis minus convenienter pertractatum deprehenderit, non voluntati ac studio, sed imbecillitate humana lapsis, veniam benigne daturum.” *Polyanthea* (1612), sig. 4r.

Ch. 4, note 121

“Id quoque hac in parte monere operae precium visum est, ne in fronte historiae ullam facias mentionem vel recognitionis vel correctionis, causae sunt, quia aliquando paulo accuratorem emendationem instituemus, ubi plus otii datum fuerit, deinde qui priorem aeditionem emerunt, indigne ferrent, se non accepisse satis correcta et integra exemplaria, tertio veremur ne ea res plurimum nocitura esset aeditioni reliquarum Centuriarum, quae vel seorsim vel paucis coniunctis deo dante, prodibunt.” Steinmann (1969), 159-60.

Ch. 4, note 122

Comparison between Zwinger 1586, 35-36 and Zwinger 1565, 1154 and 18.

Zwinger (1565), 18 (second pagination sequence), in book I “De theoricis bonis animi” subsection on “Naturae subsidia”:

“OBLIVIOSI, LABILI MEMORIA PRAEDITI.

*Ingenij acumen in inveniando, discendo, iudicando, cum memoriae bonitate raro iungitur. Cum enim a diversa et fere contraria temperie cerebri progeniant (ut medici asserunt) mirum esse non debet, effectus quoque contrarios esse. Exempla huius rei infra quoque, ubi de malis corporis agetur, enumerabimus sub simili Titulo: illic quidem, quatenus oblivio a morbo vel senectute provenitur: hic vero, quatenus naturalem ingenijs defectum arguit, et ad Theoricis virtutes acquirendas ineptos reddit, aut saltem impedit.*

MELITIDES ultra quinque numerare non potuit. Brusonius lib. 3. Alex. lib. 2. cap. 25.

THRACES tam obtuso sunt ingenio, et adeo infoecunda memoria, ut quaternarium numerando nequeant transcendere. Ravis.

CURIO cum pro Ser. Naevio diceret, Cicerone pro Titinia Cotta perorante, subito totam causam oblitus est: idque veneficij et cantionibus Titinae factum esse dicebat. Adeo aut labili erat memoria, ut aliquoties tria cum praeposuisset, aut quartum adderet, aut tertium quaereret. Quinetiam in scriptis obliviscebatur, quid paulo ante posuisset. Orator tamen

habitus est, propter verborum bonitatem, et expeditam ac profluentem quodammodo celeritatem. Cic in Bruto.

Seneca scribit, CALVISIUM Sabinum tam fragili extitisse memoria, ut illi modo Ulyssis, modo Achillis, modo Priami nomen excideret. Ravis.

ANTONINUS Caracalla Imp. adeo in literis et philosophia profecerat, ut inter doctos numeraretur, magnamque dici partem philosopharetur. Verum ipsum postea tanta caepit doctrinae oblivio, ac si literarum nomen nunquam audivisset. Dion Nicaeus et Xiphilinus in Antonino.

BARTOLUS iuris. neotericorum princeps, cum quid commentaretur, neque leges in promptu reperiret, Franciscum Tigri Pisanum professorem consulebat. Richardus ex Diplovatio recitat.”

Zwinger (1565), 1154, in Book XVIII, “De corporis bonis atque malis”:

“OBLIVOSI. *Titulum istum Lib. primo inter vitia animi connumeravimus, quatenus oblivio Theoricorum habituum acquisitione officere potest. Hoc vero in loco simpliciter Memoriae amissionem, quae vel a morbo aliquo, vel a senectute perveniat, consideramus.*

Quidam Athenis VIR eruditissimus, cum ictum lapidis capite excepisset, cetera omnia tenacissima memoria retinens, literarum tantummodo, quibus praecipue inservierat, oblitus est. Dirum malignumque vulnus in animo percussi, quasi de industria scrutatis sensibus, in eum potissimum locum, quo maxime laetabatur, acerbitate nocendi erupit, singularem doctrinam hominis pleno invidiae funere efferendo: cui si talibus studijs perfrui fas non erat, utilius aliquanto fuit ad illa aditum non impetrasse, quam iam percepta eorum dulcedine caruisse. Val. lib. 1. cap. 8.

MESSALA Corvinus orator, post aegritudinem quam pertulerat, proprii nominis oblitus est, quamlibet alias ei sensus vigerent. Solinus cap. 7. Polyhist. et Crinitus lib. 1. cap. 10. Rot. in proverb. Proprii nominis oblivisci. Plin. lib. 7. cap. 24. et Sab. lib. 10. cap. 9.

Habebat Augustus NOMENCLATOREM obliviosum, cum hoc genus hominum oporteat in primis valere memoria. Is ad forum iturus, rogat Caesarem, nunquid eo mandaret: Accipe, inquit, commendaticias, nam illic neminem nosti. Atqui hoc est proprium nomenclatorum munus, omnium nomina, cognomina, titulosque dignitatum tenere, quo heris, cum opus est, suggerant. Unde illis etiam nomen est inditum, e Graeco Latinoque conflatum. Suetonius in Augusto, Brusonius Lib. 4. cap. 4. Eras. Rot. lib. 4. Apoph.

ORBILIUS Pupillus Beneventanus grammaticus illustris, aetate Ciceronis, in senectute amisit memoriam. Unde Bibaculi versus: Orbilius ubi nam est literarum oblivio. Suetonius de illust. Gram.

BAMBA rex Gothorum, haustu veneni ab Heringio successore dati memoriam amisit.

GEORGIUS Trapezuntius, vir doctissimus nostro seculo, ut traditur, omnium literarum Graecarum Latinarumque in senio oblitus est. Volat. lib. 21. Anthropol.

FRANCISCUS Barbarus Venetus, e schola Chrysolorae utraque in lingua eruditissimus, postremo senescens, uti Hermolaus ait, literarum Graecarum, quas probe tenebat, omnino oblitus est. Volat. lib. 21. Anthropol.

CONR. Lycosthenes, anno Domini 1555, subita paralysi dextri lateris tactus, linguae etiam officio sublato, ratione salua, memoriam aliquot diebus amisit: pristinae tandem valetudini restitutus septennium post incolumis, integra vixit memoria.”

Compared with Zwinger (1586), 35-36, in vol. 1, book 1, “Ea quae animi bona atque mala dicuntur” (changes and additions italicized, removals in brackets)

“OBLIVIO CONSIDERATA RESPECTU

-subjecti. Puta

--literarum.

ANTONINUS, as in 1565 but: Dion. *et Suidas*.

GEORGIUS Trapezuntius, as in 1565.

FRANCISCUS Barbarus Venetus, as in 1565.

--Nominum

*QUENDAM ex morbo servorum nomina oblitum, Plin. lib. 7. capite 24. auctor est.*

MESSALA Corvinus orator, post aegritudinem [quam pertulerat,] proprij nominis oblitus est, quamlibet alias ei sensus vigerent. Solinus cap. 7. Polyhist. [et Crinitus lib. 1. cap. 10. Rot. in proverb. Proprij nominis oblivisci.] Plin. lib. 7. cap. 24. et Sab. lib. 10. cap. 9.

--Mandati: two new examples—Theseus (no source) and Achilles (Plut. in quaest. centuriatis Graecis)

-Causae ex

--Senio

ORBILIUS as in 1565

--Ictu

Quidam Athenis VIR eruditissimus, cum ictum lapidis capite excepisset, cetera omnia tenacissima memoria retinens, literarum tantummodo, quibus praecipue inservierat, oblitus est. [Dirum malignumque vulnus in animo percussi, quasi de industria scrutatis sensibus, in eum potissimum locum, quo maxime laetabatur, acerbitate nocendi erupit, singularem doctrinam hominis pleno invidiae funere efferendo: cui si talibus studijs perfrui fas non erat, utilius aliquanto fuit ad illa aditum non impetrasse, quam iam percepta eorum dulcedine caruisse.] Val. lib. 1. cap. 8. *et Plin. lib. 7. cap. 24.*

--Casu: two new examples (Grammaticus quidem, Quendam from Pliny l. 7. c. 24)

--Vino: new example (Maximinus)

--Veneno:

BAMBA rex Gothorum, as in 1565.

--Morbo:

*MESSALA Corvinus orator ex morbo, ante biennium quam moreretur, ita memoriam ac sensum amisit, ut vix pauca verba coniungeret: ad extremum vero enato circa sacrum os ulcere, inedia se confecit. Caelius lib. 11. cap. 13. Antiq. Lect.*

CONRADUS Lycosthenes, as in 1565

MEMORIA DEBILIS

-Quorum

--Numerorum

THRACES tam obtuso sunt ingenio, et adeo infoecunda memoria, ut quaternarium numerando nequeant transcendere. [Ravis.]

MELITIDES ultra quinque numerare non potuit. [Brusonius lib. 3. Alex. lib. 2. cap. 25.]  
*Plut.*

--Praeceptorum, Mandatorum: new example (Theseus)

--Nominum:

Habebat Augustus NOMENCLATOREM obliviosum, as in 1565, but: Suetonius in Augusto, [Brusonius Lib. 4. cap. 4. Eras. Rot. lib. 4. Apoph.] *Macrobius lib. 2. cap. 4. Saturnalium.*

--Dictorum, Factorum: two new examples (Didymus, Claudius Caesar)

--Literarum, Scriptorum, Lectorum:

CALVISIUM Sabinum hominem sane divitem, ita fuisse memoria nulla scribit Seneca, ut illi modo Ulyssis nomen excideret, modo Achillis, modo Priami [Ravis.]: *quos tam bene noverat, quam paedagogos nostra novimus: nihilominus eruditus volebat videri.*

*Quamobrem compendiarium excogitavit: alterum, qui Hesiodum: novem praeterea Lyricis singulos assignavit. Postquam vero haec illis familia comparata est, coepit convivas vexare: habebat ad pedes hos, a quibus subinde quum peteret versus quos referret, saepe in medio versu excidebat. Suasi illi Satellius Quadratus, stultorum divitum arrosor, et quod sequitur arrisor, et quod duobus his annexum est, derisor, ut grammaticos haberet analectas, hoc est lectione multa exercitatos, qui quicquid legissent, haberent in promptu). Erat enim in ea opinione, ut putaret se scire, quod quisquam in domo sua sciret. Ut perinde etiam posset, idem Satellius illum hortari coepit, ut luctaretur, hominem aegrum, pallidum, gracilem: quum Sabinus respondisset, Et quo modo possum, vix vivo. Noli obsecro (inquit) dicere: nonne vides, quam multos servos valentissimos habeat? Ex Seneca Caelius libro decimotertio, capite trigesimoprimum Antiq. Lect.*

-Causa, Occasio, Memoria debilis

--ex timore vide tit. obmutescentiae

--ostentatione: new example (Diogenes Cynicus)

--Veneficio:

CURIO as in 1565

[dropped from 1565: BARTOLUS. ... Richardus ex Diplovatio recitat.]

Ch. 4, note 123

“En Italie ils ont fait imprimer des adages et ont osté les paroles d’Erasme et ont mis 500 adages qui ne le sont pas.” Scaliger (1695), 141.

“Illud vero cui tribuam, ipsos quoque semidoctos, et si Diis placet, etiam typographos aggerere multa sine ullo delectu ausos esse, ut voluminis molem augerent et credulae nimium iuventuti fucum facerent?” Calepino (1718), sig a3r.

Ch. 4, note 124

“Alii vero καθολου omnis generis exempla collegerunt, utputa Aelianus, Parthenius, Valerius Maximus, Plinius, Polyaeus, Sex. Iulius Frontinus, Corn. Nepos (teste Gellio li. 7 cap. 18), L. Domitius Brusonius Iurecos. Lucanus, Alexander ab Alexandro Iurecos. Neapolitanus, Nicolaus Hanapus patriarcha Hierosolymitanus, Marulus Spalatensis, Jo. Bapt. Campofulgus Genuensis, M. Ant. Sabellicus Veicetinus, Ioan. Bapt. Egnatius Venetus, Guido Bituricensis, Io. Ravisius Textor Nivernensis, Bartholomaeus Amantius iurecos. Boius, Andreas Eborensis Lusitanus, Magdeburgenses Theologi, Matthias Castritius Darmstatinus, et Georg. Fabicius Chemnicensis.” Zwinger (1565), 14 and Zwinger (1586), \*\*1r-\*\*2r (as quoted below in Ch. 5 note 46). For more discussion of sources see Zwinger (1565), 8, 14-16 (preface).

“Legebantur quidem hactenus sparsim Ciceronis, Senecae, Aristotelis, aliorumque Philosophorum et Oratorum Sententiae: Flores item et versus gnomologici Poetarum a

diversis collecti: circumferebantur etiam seorsim Sententiae ex sacris libris et patrum monumentis per Thomam quendam Hibernicum excerptae: Volumina item apophthegmatum et similium ab Erasmo et Lycosthene inchoata, locupletata post et digesta per Theodorum Zvingerum, cujus etiam incomparabilis viri industria locupletissimam exemplorum penum, opus illud nobile, quod Theatrum vitae humanae inscribitur, nobis exhibuit: errant in manibus studiosorum Marulli Spalatensis, Valerii Maximi, M. Anton. Sabellici, Ioan. Baptistae Campofulgosi, Ravisij Textoris et aliorum id genus Analectarum haud contemnendi labores: eorum vero qui Aenigmata, Hieroglyphica, Emblemata et Symbola varia, partim ex antiquorum scriptis eruta congesserunt, aut a se excogitata cum studiosis communicarunt, infinite prope auctorum est multitudo.” Lange (1662), ad lectorem, sig. 5v; also Lange (1598), sig. [\*\*6]v-[\*\*7]r.

Ch. 4, note 125

“Caeterum non diffiteor argumenta vel capita librorum aliquot, verbosius quam vellem explicata mihi displicere: sed illud maxime in primo elemento commisi amanuensium opera usus, in caeteris nolim brevior fuisse.” Gesner (1545), sig. \*4r.

“Postremo scire a te cupio, an invenire possem apud vos aliquem iuvenem aut adolescentem mediocriter instructum literis, medicinae studiosum, pauperem, modestum et bonum: qui mihi scribendo ac describendo navaret operam: posset interim lectionem unam aut alteram publicam audire: et domi apud me obiter in mensa et alias proficere. Non sufficio laboribus lucubrandi: quo doctior esset adolescens, eo plus me iuaret. Si quem inveneris, qualis sit, cuius aetatis et doctrinae, et quando venturus, si peterem, significa. Aestate futura forsam etiam alpes, eo comite ascenderem. Vale.” Gesner to Zwinger, April 8, 1565, in Gesner (1577), 111v-112r.

Ch. 4, note 126

“Atque ut de meis occupationibus, quando ita praesens locus exigit, aliquid dicam, si cum secunda editione hanc tertiam conferas, quinquennij vides laborem, hominis nec magno ingenio, nec firmo praediti corpusculo, et praeter Academicam professionem, curasque domesticas, praxi etiam medica, frequentiore saltem quam velit ... occupati. ... De subsidiis si quaeris, in hac tertiatione (cuius accessionem ex ipsa mole primum sed multo rectius ex voluminum numero colligere potes) unius solius Basilij Lucij consobrini carissimi fida et elegante manu in exscribendis iis, quae aciem **psallidôn** respuebant, et conglutinandis iis quae coniungenda erant, per triennium et amplius sum usus.” Zwinger (1586), sig \*\*\*5r.

“Hi sunt igitur Methodi Studiorum fontes, quos nos iam olim in Jo. Lucae Iselij Basiliensis, privigni amantissimi, gratiam leviter adumbravimus: et quia tunc temporis literarum causa in Galliam et Italiam peregrinari instituerat, illud addebamus....” Zwinger (1586), sig \*6r.

Ch. 4, note 127

“Quatuor amplius annos saxum hoc volvi, non sine ope strenuissimi adolescentis, at sine illa librorum copia, sine qua nihil hujusmodi tentare oportebat.” Calepino (1718), sig a3v.

Ch. 4 note 128

“Primum enim Graeci [sic] versus, quos Mirabellius inseruerat, temporum iniquitate mutilos, suam in possessionem collocavimus atque totum adeo opus mire antea

defoedatum, amici cuiusdam mei non indocti studio tersius reddidimus.” *Polyanthea* (1574), dedication.

“Meo quidem labore in vocabulis iis, quae incipiunt a literis A, B, R, S, V, X, Z amicorum, in reliquis. . . . Nunc in hac secunda editione non pauca castigavimus, Tum nostra, tum amicorum praecipue errata.” Gesner (1616), sig. AAa1v; full title: *Onomasticon* “partim a Conrado Gesnero Tigurino, partim ab eius amicis congestum.”

Ch. 4, note 130

